In nomine dni die martis duodecimo id. junii. Coram dno *Galdino* sce Mediolanensis ecclesie archiepiscopo apostolice sedis Legato q. a dno Papa Alexandro ad hanc causam specialiter fuerat delegatus. Inter dnam Richeldam abbatissam sce Iulie Brix. per procuratorem suum *Girardum de Bornate* et ex altera parte *consules placentini* atque commune placentie per suum procuratorem Arnaldum de Arcello tunc ipsius civitatis consulem super pontem et portum atque pedagio eidem pontis vel portus q. est super Padum non longe ab ipsa civitate Placentie hujusmodi agitabatur controversia. Postulabat siquidem ipsa abatissa jam dictum pontem et portum atque pedagium cum perceptis inde fructibus sibi restitui. asserens pontem et portum et pedagium ad se pertinere ad quod probandum inducebat quedam previlegia imperatorum quibus continebatur portum ipsum ad monasterium sce Iulie pertinere. Proponebat etiam inter se et Ugonem Speronem et consortes ejus nobiles viros Placentie q. de ipso portu eam vexabant, a *Iohanne placentino* electo super possessione sententiam per se latam fuisse. Insuper proponebat a dno Papa Anastasio super possessionem judicatum fuisse portum abatisse sce Iulie a *buca inferiori Padi mortui* insursum debere currere. Per quosdam etiam testes probavit portum suum ibi ubi modo pons est currere consuevisse. Postremo allegabat imperatorem Fridericum in cujus manus prefatus Ugo et consortes ejus omnes jus quod in Portu habebant resignaverant constituisse ut monasterium sce Julie de redditu pontis ac porti si pons ibi non esset et portum habere vellet viginti libras mediolanenses veteris monete in festivitate s. Martini annuatim haberet. Quod si prescriptas XX libras idem imperator persolvere nollet, liceret ipse abbatisse portum ibi habere et omnem emolumentum ex inde percipere quod ex autentico scripto ejusdem imperatoris satis liquidum apparebat. Probavit etiam per quosdam testes se per Oldericum nuntium imperatoris Friderici in possessione portui ibi ubi pons est quondam missam fuisse. E converso autem prefati consules placentini licet confiterentur portum q. dicitur *Placentinum* ad prefatum monasterium pertinere inficiabantur tamen portum ejus ibi ubi pons est currere debere allegantes sententias in-

ter abbatissam et Ugonem Speronum atque consortes ejus ab electo placentino et papa Anastasio super possessione tantum latas sibi nocere non debere utpote inter alios latas. Dicebant etiam quod quamvis quidam testes dixissent abbatisse portum aliquem ibi currisse ubi pons est sufficienter tamen non esse probatum portum ibi debere currere. Addebant etiam jamdictum Ugonem Speronum et consortes eius contra prenominatam abbatissam per sententiam imperatoris obtinuisse quod utique partis testes dixerunt. Preterea allegabant eundem Imperatorem Fridericum licet se obligare voluerit ad persolvendas annuatim viginti libras eidem abbatisse nullum tamen vis propter hoc ei in ponte dedisse. Insuper dicebant tam pontem quam alia regalia se ab imperatore conduxisse. His quoque et aliis visis ac diligentius inquisitis inspecto etiam autentico scripto imperatoris Friderici dnus *Milo Taurinensis eps.* et mediolanensis Archipresbiter de mandato dni Archiepiscopi et consilio fratrum ac sapientium suorum hoc modo protulit sententiam. *Arnaldum de Arcello consulem communis Placentie* vice ipsius communis ipsum commune Placentie in persolvendis *Monasterio sce Iulie Brix.* annuatim viginti libras mediolan. veteris monete in festo sci Martini ex redditu pontis Padi quamdiu ipsum tenuerint vel ex redditu portui si ibi portum habuerint aut ut monasterium sce *Iulie Brixien.* a bucca inferiori Padi mortui in sursum portum libere habere permittant, et nullo modo impediant quia ipsum monasterium portum totum teneat et omnem utilitatem inde percipiat comdempnavimus. Insuper ut pro preteritis annis quibus ipsum tenuerunt pontem centum libras veteris monete mediolanensis usque ad quatuor menses ejusdem abbatisse persolvant similiter condemnavimus. Actum in civitate Mediol. in palatio dni Archiepiscopi anno dom. Incarn. Mill. centesimo septuagesimo quarto ipso die indict. septima.

Interfuere Heriprandus judex Rogerius de . . . . . Girardus *de Bornate* Otto de *Casalimorano* etc.

Ego Rolandus ex mandato *dni Galdini sce Mediolan. Eccl. venerabilis Archiepiscopi* et Apostolice sedis Legati vice ejus ss.

Ego Rogerius ex mandato dni *Miloni taurinensis epi* et mediolanen. Archipresbiteri vice ejus ss. Ego Rogerius ex mandato Ugonis mediolanen. eccl. diaconi ss. *(e dopo due altri sacerdoti)* . . . . . .

Ego Petracius iudex q. dicor de sco Calocero ac publ. notar. interf. et scripsi.

Il decreto di Federico, cui allude quest'atto, è quello da noi recato al num. LI, pag. 100 della parte antecedente di questo Codice, an. 1136; dato, se nol vi dissi allora, il dì 9 ottobre secondo i calcoli dell'Astezati.

CXXXIV.

(An. 1175 — 15 aprile)

Il compromesso di Federico e della Lega.

Muratori 1.

Le città sociali e Federico imperatore si rimettono ad arbitri per trattare la pace. Ivi leggiamo quale rappresentante di Brescia *Albericus de Cavriano. = Actum in territorio Papie ad Montebellum inter exercitum Imperatoris et Lombardiæ (XV exeunte apr.)*.

CXXXV.

(An. 1175 — 10 agosto)

Le proprietà della Cattedrale di Brescia.

Riconfermate da papa Alessandro III.

Inedito 2.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis ecclesie beate Marie Brixiensis tam presentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum etc. . . . .

Ea propter etc. . . . . prefatam Ecclesiam beate Dei Genitricis semperque Virginis Marie, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio commonimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in pre-

1. Murat. *Ant. Ital. M. Ævi*, t. IV, col. 275. Dalla colonna 265 alla 270 sono altri atti e giuramenti sociali della Lega in discorso. — Per l'atto presente vedi anche il Verci, Cod. Eccelin. nel t. III della Stor. degli Eccelinesi, che lo ripubblica al n. XXXIX. — Storie Bresciane, t. V, p. 154.

2. Autografo presso l'Archivio Canonicale. — Storie Bresc. t. V, pagina 154.

sentiarum juste et cannonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabolis. Capellam Sti Augustini. Cap. Sti Faustini *in Castro*. Cap. Sti Urbani. Cap. Sti Cassiani. Cap. Ste Margarite. Cap. Ste Marie de *Calcaria* cum costa Calcarie, et ceteris rebus ad ipsam curtem pertinentibus. Cap. *Sti Syri* Cap. *Ste Cecilie*. Cap. SS. MM. Marcellini et Petri. Cap. Ste Marie apud Stam Euphemiam. Cap. Calionisvici. Quattuor Capellas in Buticino et tres Cap. in curte Fleri. Cap. in Castello novo. Cap. que est in Castello Cavriani. Cap. in Onsado. Cap. SS. MM. Gervasii et Protasii in Ponte Caralo. Cap. Ste Marie et Sti Martini in eodem loco. Cap. *Virgiliani*. Cap. Ste *Marie in Pusterula*. Cenobium Sti Petri in Flumicello. Cap. Sti Georgi in Scissano. Cap. Ste Marie in Urago. Cap. Miliani in Subvinea. Cap. Sti Georgi in Celatica. Duas Cap. in Salis Sti Thome et Sti Stephani. Cap. Sti Salvatoris in *Castello Nave*. Cap. Sti Zenonis in Otholo. Cap. Sti Faustini in *Bareliaca*. Cap. Sti Michaelis in Nubulento. In Casale Mauri duas Capellas. Sti Stephani et Sti Quirici. Xenodochium Sti Georgi in Siscenesco. Cap. Casalis Paoli. Cap. Sti Filastri in Casale. Titulum Sti Iohannis in Roveredo. Cap. Sti Faustini in *Castro Clare*. Cap. Sti Martini in Adro. Cap. in Curte Casali Ste Marie et Sti Petri. In Castellione duas Capellas. Ste Marie et Sti Emiliani. In Mairano Cap. Sti Andree apostoli. Preterea quicquid de suis bonis Girardus Zanzaclus et Berta uxor ejus atque Richelda relicta quondam Girardi Bonizonis. Diadema quoque et Ingelenda Ecclesie vestre rationabiliter contulerunt omnes decimas civium et suburbanorum et territorii ad civitatis plebaticum pertinentis sicut a vestris predecessoribus quiete hactenus et rationabiliter possesse sunt. Possessiones quas ad vestre sustentationis usus traditas in oppidis. villis. vel aliis prediis in silvis. molendinis. piscationibus legittime habetis. Preterea omnes decimas tam de possessionibus quam de pratis infra fines brixiensis plèbanatus provenientes. et omnes alias de novalibus que infra eosdem fines

sunt vel erunt in posterum. et illas specialiter de *Castenedolo* et de campania a superiori parte habita. his exceptis que ab alia Ecclesia vel ecclesiastica persona tenentur, et que viri religiosi reduxerint vel jam reduxerunt ad cultum. sicut easdem decimas bone memorie *Raimundus* quondam episcopus vester rationabili vobis providentia contulit vobis est successoribus vestris auctoritate Apostolica confirmamus. Porro possessiones sive domos clericorum, et earumdem possessionum homines a fodro et aliis pubblicis functionibus. sicut ab imperatoribus statutum est, liberos esse precipimus etc.

† Ego Alexander Catholice Ecclesie Eps. sc.

Datum Ferentin. per manum Gratiani S. R. Eccl. subd. et notarii IV idus Aug. Ind. VIII Incarn. Dom. an. M. C. LXXV Pontificatus vero dmi Alexandri pp. III an. XVI.

CXXXVI.

(Anno 1175 — 18 giugno)

Il santuario di s. Zenone.

Inedito 1.

In nom. Domini Dei eterni die mercurii tercio decimo exeunte mense junii. In Caminata Laubie quæ est a meridie d. *Ioannes* per gratia Dei Brixiensis Episcopus Consilio et Consensu d. *Flochini Presbiteri Cardinalis Apostolice sedis Legati* nec non D. D. Canonicorum Brixiensis Ecclesie scilicet Magistri Rubei Prepositi Presbiteri Gesonis Ioannis de Pallacio, Ioannis de Iseo, Gervasio Alberti de Palacio et Pelegrini de El, Petri quoque Prepositi s. Petri in Oliveto, Vidonis Prepositi s. Alexandri, Magistri Matucci Nuvoloni et Ioannis Belli presbiterorum de s. Agata, Martini presbiteri s. Michaeli aliorum quoque plurium. investivit d. Vidonem Prepositum s. *Ioannis de Foris* vice ac nomine ipsius ecclesie s. Ioannis de Capella *s. Zenonis de Arcu* et de omnibus rebus suis, retento et reservato sibi omni jure spiritualium rerum, ceu in jus omnibus Ecclesiis ...... quo vero modo et ordine predictus d. Episcopus fecit hanc investituram quod jamdictus Prepositus et sui fratres suique

1. Dall'Archivio parrocchiale di s. Giovanni Evangelista, e precisamente dalle Memorie della Parrocchia, compilate dall'ab. Faustino Zucchini, presso il medesimo Archivio.

sentiarum juste et cannonice possidet, aut j . . Episcopo
sione Pontificum, largitione regum vel pri . . .nses veteris
delium, seu aliis justis modis prestante d Zenonis Con-
firma vobis vestrisque successoribus e tus et sui Fra-
quibus hec propriis duximus expr . nue ac perpetuo
Sti Angustini. Cap. Sti Faustini .na populi celebret
Cap. Sti Cassiani. Cap. Ste M d. Episcopus precepit
caria cum costa Calcarie, e .t d. Ioanni de Pallatio,
pertinentibus. Cap. *Sti S* .ns et suos fratres de prefata
Marcellini et Petri. Car .ionem mitterent. De hac enim
Cap. Calionisvici. Que nomine ac tenore sunt scripta. Hoc
in curte Fleri. Cap. .ate Brixie in predicto loco feliciter anno
Cavriani. Cap. in . Iesu Cristi Mill. cent. LXXV. Ind. VIII.
Ponte Caralo. C
Cap. *Virgilio* etiam Lafrancus dicor predicti d. Episcopi
Petri in Fl . d. Federici Imperatoris notarius rogatus hanc
in Urago .*latavi* et scripsi.
tica. D *firma notarile del not. Nicola Pelloni, che confessa aver tratto*
Salv *quest' atto dall' autentica pergamena.*
St

CXXXVII.

(Anno 1175 — 20 ottobre)

L' ospitale di s. Egidio.

Zaccaria 1.

Carta d'investitura dell' abb. di Leno.

CXXXVIII.

(Anno 1175 — 21 ottobre)

L' abb. di s. Pietro in Monte.

Frammenti di un processo.

Inedito 2.

Die mercurii decimo exeunte mense octobris in suburbio civitatis Brixiæ sub *Porticu Vicinorum* qui est juxta Puteum. Dnus Airaldus Iudex de Sancta Agatha dedit mihi Lanfranco de Odolo etc. *Si parla di una questione* inter Dnum Abb. de s. Petro in Monte et Comuuem de Serlis ex una parte, et Co-

1. Zacc. Badia di Leno - doc. XXV.
2. Lucchi, *Codex Diplomaticus Brixiensis*, carte 18 del mio esempl. — e 51 dell'Autografo Labusiano.

munem de Nuvolento ex altera sub ipso domino Airaldo et domino Rugerio de Concesio etc. *per l'autenticità di alcune carte; e più innanzi* aliam cartam quam legit de fine quam fecit OPRANDUS BRUSIADUS; *e più innanzi* item dicit se vidisse Abb. Ioannem de Burnado habere placitum cum Vuiberto de Lavellongo et cum ejus *Scutiferis* qui volebant facere Molendinum in Curte Nuvolenti, et erat illa lis sub Oddone de Capriano etc. . . . . sub Algiso de Palazo, et Acerbo de Calcara *(probabilmente consoli di Giustizia)*.

Dnus Geremia de s. Petro in monte, *il quale dice* — se recordari de Abbate Joanne de Burnado et credit XL annos quod ipse fuit Abbas etc.... Dnu Teutaldus s. Petri (dicit) se se esse in Monast. s. Petri a tempore Rugarum. Albricus Iudex de Bornado *parla di una lite dell'abb. Benedetto* cum illis de Culumbario, *e come avesse un placito* cum Obizone de Grumethello etc.... sub Mauro de Calvaseso et Marchisio Ballio etc. *(probabilmente due consoli di Brescia, dacchè l'ultimo lo era del 1186)*.

Actum est hoc anno domini millesimo centesimo septuagesimo quinto.

CXXXIX.

(Anno 1176 — 2 ottobre)

Il palazzo vescovile di Brescia.

Campi 1.

Sentenza del vescovo Giovanni per lite piacentina in lui rimessa. — *Data in Palatio Brixiano*.

CXL.

(Anno 1177)

L'abb. di Leno.

Zaccaria 2.

Diploma di Federico I riconfermante all'abbate Daniele i privilegi e le proprietà del monastero, e dato probabilmente a Venezia, alla presenza (come narra il diploma) di Salomone vescovo di Trento e di Sebastiano Ziani *Dux Venetiæ etc.*

1. CAMPI, Storia di Piacenza, parte II, pag. 363. — GRADONICO, *Brixia Sacra*, p. 222. — Storie Bresciane, t. IV, pag. 159.

2. ZACCARIA, Dell'antichissima Badia di Leno, documento XXVI. — Storie Bresciane, pagina 162, t. V.

CXLI.

(Anno 1177)

La condanna di fellonia.

Rossi 1.

Epigrafe già da noi corretta ed illustrata a pag. 160, vol. V Storie Bresc.

† IN XPI NOMINE ANNO DNI MILL CENTESIMO SEPTVAGESIMO SEPTIMO INDITIONE	
DECIMA CONSVLES BRIXIE VIDÈLICET DNS IOHS DE GVSAGO	
E DNS MARTINVS PETENALVPI ET DNS DESIDERIVS ET DNS OGERVS	DE CAVAL
ET DNS LAFRANCVS MILONIS ATQVE DNS ALBERTVS DE GAMBARA ET DNS ALBERTVS DE	CACANO
LAVELLONGO IN PVBLICA CONTIONE BRIXIE CVM CAMPANA PPLO LAVDANTE CONDENAVERVNT	DE PORTA
GVISCARDVM DE FELLONIA QVIA INTERFECIT BICHARDVM DE LOSENO IN PACE RVPTA ATQVE PERIV	S ANDREE
RIO ET IN EADEM CONTIONE CODEMPNAVERVNT GIRARDINVS DE FELLONIA QVIA IN PER	
IVRIO INTERFECIT SOVATHERCINVM ET VT AMPLIVS NON CREDATVR EIS	

CXLII.

(Anno 1177 — 2 agosto)

Montechiaro.

Bolla di Alessandro III.

Inedito 2.

Alexander Episcopus servus servorum Dei Dilectis Filiis ..... et clericis plebis de Monteclaro salutem et apostolicam benedictionem Intelleximus ex autentico scripto bone memorie Raijmondi quondam Brixiensis Episcopi . . . quod idem Episcopus indulsit Ecclesie predicte ut ab omni exatione sui et successorum suorum libera . . . . existeret ita quidem quod nullo Episcopo Brixiensi fas sit a Plebe vestra nomine sinodalis obedientie, vel cathedraticis aut alius qualibet occasione quisquam exigere nisi tantum quinque solidis etc. . . . *(Vedi il N. CXX)*. Nos autem officii nostri debitum etc. . . . . assensum, libertatem ipsam sicut ab eodem Episcopo Ecclesie vestre racionabiliter indulta est, ratam habemus et firmamus etc. . . . Datum Venetiis in Rivo alto IIII Non. Augusti.

1. Rossi, Memor. Bresc. p. 67. — Gambara, Gesta di Bresc. Illustr. p. 208. — Sebast. Arr. *Mon. ant. Urbis et Agri*. — Codice Quiriniano, A, II, 14 — e correggi l'errore *Arch.* per *Agri*, corso in questa citazione nelle Storie Bresciane, tomo V, pagina 160-161.
2. Miscellanea Zamboniana. — Codice autografo presso il nobile Clemente Rosa — e nel mio Codice n. 132, carte 91 *(a)* tergo. — Storie Bresc. t. V, p. 162.

CXLIII.

(Anno 1177)

Le petizioni della Lega Lombarda.

Dumond 1.

Reclami della Società Lombarda inoltrati all'imperatore, previa la pace consolidata in Venezia *(Petitio Rectorum Lombardiæ etc.) Archiepiscopus Coloniensis et Gualfredus etc. . . . . ex parte Imperatoris; et ex parte Societatis Albertus de Gambara Brixiensis et Gerardus Pistus Mediolanensis juraverunt.*

CXLIV.

(Anno 1177 — 1 maggio)

Il transito del Po.

Muratori 2.

Chiesto ai Ferraresi da Alberto Gambara.

. . . Retro altare sci Georgii Episcopatus Ferrariæ: Quum venissent Rectores Lombardiæ et Nuntii Venetiæ etc. . . . et dicebant consulibus Ferrariæ ut jurarent aquam Padi aperire et apertum tenere, scilicet Albertus de Gambara de Brixia Adobatus de Mediolano etc. . . . . Rectores Societatum Lombardorum etc. . . . Testes Comes Azo etc.

Comes Azo: probabilmente il conte di Mosio, del quale, se vi ricorda, parlammo altrove, e che abbiam sospettato, non senza qualche fondamento, della famiglia dei Conti di Montechiaro.

CXLV.

(Anno 1177 — 1 agosto)

Il giuramento di Federico.

Muratori 3.

Promette una tregua di sei anni colla Società Lombarda, presente fra gli altri il vescovo di Brescia. — Venezia. Nè di quest'atto, nè di altri che pur ci riguardano, relativi alla Lega, ma già distesamente recati dal Muratori, non vi daremo più larghi ed inutili trassunti.

1. Dumond, *Corps Diplomat.* t. I, pag. 165. — Murat. *Ant. Ital. M. Ævi,* t. IV, col. 278. — Storie Bresciane, t. V, pagina 163.
2. Murat. *Ant. Ital. M. Ævi,* t. IV, col. 331-335. — Storie Bresc. t. V, pagina 163.
3. Murat. *Ant. Ital.* t. IV, col. 286

CXLVI.

(Anno 1177 — 24 gennaio)

La promessa di Federico.

Muratori 1.

Promisit Lombardis (dirò col Muratori) *se non judicaturum eosdem, nec feudum accepturum eisdem propter fidelitatem et servitium non prestitum et investituram non petitam:* il che faceva, come leggesi nella carta, *in presentia dni Magistri de Palatio Dei gratia s. Brix. Eccl. Canonici, et Guilielmi Oriani judicis ejusdem civitatis.* Alberto Legato apostolico consegna *Aposatii Advocati Brixiæ* la dichiarazione di Federico.

CXLVII.

(An. 1178 — 13 settembre)

La pieve di Ello.

Gradenico 2.

Compromesso per la cappell. di s. Nicolò.

CXLVIII.

(Anno 1179 — 7 aprile)

Il Borgo Nuovo di Brescia.

Contratto privato.

Inedito 3.

In xpi nomine die sabati de mense aprilis VII intrante. Anno a nativitate dni nri Iehu xpi Millesimo Centesimo septuagesimo nono. Indictione XII. Tibi *(sic)* ecclesie sci Andree posite in *Burgo Novo* extra civitatem Brixie etc.

Ego Lafrancus filius cujusdam Uberti arbrigoni de loco *Virle* qui lege romana vivere professus sum etc.

CXLIX.

(Ann. 1179, 1180 — 14 novembre e 16 marzo)

Il castello ed il mercato di Casaloldo.

Inedito 4.

Anno ab incarn. dni nostri ihu xpi centes. septuages. nono Ind. die veneris quartodecimo in . . . . novemb. in loco *Casali Alto* ad ecclesiam sci Emiliani.

1. Murat. l. cit. col. 287.
2. Gradon. *Brixia Sacra*, pag. 225. — Storie Bresciane, t. V, pagina 166-167.
3. Autografo nell' Arch. di s. Agata. — Storie Bresciane, t. V, pagina 168.
4. *Liber Poteris Brix.* Cod. Munic. appo la Quirin. carte 6 e 7. — Storie Bresciane, t. V, p. 166.

Constat nos Albericum Faraonis et Decembrium de Cerva et Arminorum fil. ejus et Morandum et Gambarum fratres filios q. Alberti, et Bucium Maste et Rathivam uxorem illius qui omnes professi sunt lege vivere Rumana accepisse etc. . . . a vobis *consulibus Casali alti* Bonacurso videlicet et Tancredo et Bernardo vice comunis *Casali alti* nominative denarios bonorum veterum mediol. libr. triginta et quinque finito pretio de quo ad invicem convenit nominative pro terra nostra quem dedimus ad construendum *Castrum novum* et ad tenimentum ipsius castri intus et de foris que simul unita dicitur esse per mensuram novem Plodia absque illa filiorum etc. . . . . que cum ista complet decem plodia. Coheret autem etc. . . . . . .

Unde per vestram parabolam ssptor. consulum et voluntate et majoris partis viciniorum Casali alti pro predicto precio triginta et quinque libras quas secundum porciones nobis contingentes accepisse professi sumus ut superius tradimus et exponimus cartulam proprietatis in comune Brixie per dominum Lafrancum de Lavellongo et Ugone de Grumetello consules Brixie et in eos iam dicti comunis Brixie de petia una de terra ut supra legitur iuris nostri quatinus predictum comune Brixie a presenti die in antea faciat etc.

Consules Casali alti vice sui comunis per parabolam et cousensum majoris partis viciuior. Casali alti qui presentes erant idem devictionen in duplum promiserunt predictis Consulibus Brixie et nominatim in primis omnium refutaverunt Aromgarda uxor Curti, et Richelda uxor Alberti Faraonis etc. . . .

Item alia vice infra Castrum Veterum Casali Alti .,. a . . . MCLXXX . . . Bernardus Bonacursus et Curtus Consules Casali alti etc. . . . .

Castrum novum Casali alti cum tenimento per mensuram est decem plodia castrum vero per se esse debet de foris MCCCVIII brachia intus vero CCCCCCXLV brachia et duo plodia minus due tabule et de intus. — De mercato faciendo de Casali alto.

1180. — De Mercato faciendo de Casali alto.

Die dominico sextodecimo intrante marcio in publica concione civit. Brix. cum campanis et tuba convocata in presentia populi brixiensi dom. Ardericus de Salis tunc consul Brixie per

parabolam et consensum Girardi de Bornado Lafranci de Lavellongo et Martini de Petenalupo et Alberti de Framexino atque Ugonis de Grumedello sociorum suorum in consulatu Brixie.

Statuit et decrevit ut mercatum debeat esse . . . . . . ab eo termino quod consules dixerunt in loco Casali alti scilicet ad Castrum novum in die martis per omnis quindicinas et statuerunt et decreverunt ut nullus homo de Brixia et de ejus episcopatu ac totius virtutis Brixie ad illud mercatum nomine curature vel alterius cuiuslibet tolonei quicumquam dare debeat, etc. . . . .

Ad hoc statuit et decrevit ut omnes illi homines qui fuerint habitatores predicti castri novi Casalialti et suburbii de cetero nullum foderum nec ullam datiariam Com. Brix. prestare debeant.

Omnes prefati habitatores qui predictum castrum novum tenuerint et munierint et fidelitatem comunis Brix. fecerint liberi sint et immunes sicuti cives Brixie etc. . . . Actum est hoc anno dom. incar. MCVIII. Ind. XIII. In presentia populi Brixie ut supra.

⊕ Ego Albertus de Capriolo etc.

CL.

(Anno 1179 — 1 Kal. genn.)

Il castello di Brescia.

Inedito 1.

Investitura dell' officiare della chiesa di s. Desiderio di una casa in *loco Castello*.

CLI.[a]

(An. 1180 — 23 marzo)

I conti Lomelli.

Inedito 2.

Vendono al comune di Brescia le loro feudalità dall' Oglio al Mincio.

Vindictio facta per comitem Rofini de Lomello comuni Brixie de eo quod habebat in terra Mairane et Mosii et Retholdesci.

Die sabbati primo de mense marcii. In loco Comezani. In Ecclesia sci Faustini. in presentia Marchesii de Palatio. et Truc-

1. Codice Diplomatico Quiriniano, secolo XII, anno 1179 — ivi l'Autografo. — Storie Bresciane, t. V, pagina 168.

2. *Liber Poteris Brix.* Cod. pergamenaceo, autografo citato, carte 4 e 5. — Storie Bresciane, t. V, pag. 167.

cari de Mairano. et Pregnacce. et Gerardi Langoni. Obizonis de Villa. et Bracci. et Gerardi de Bagnolo et Descerii. et Alberti de Rothengo. et Zanenti de Capriolo. Comes Rufinus de Lomello filius quondam Ottonis permisit pro stipulacione *Ardrico et Martino consulibus Brixie* vice comunis sub pena c. c. c. marcarum attendendi omnia precepta que fecerunt ei Braccus iudex et Wigolus vel unius per parabolam alterius de vendicione facienda et securtatibus faciendis sive per sacramentum sive per cartam faciendam sive per aliam quamcumque securitatem in laudamento sapientis quem consules habebunt cum eis. Quo facto ipse comes iuravit omnia supradicta attendere. et in sacramento adiecit quod illam vendicionem quem faciebat in perpetuum per se et per suos heredes firmam habebit. nec per se nec per suos heredes contra hoc veniet occasione minoris precii vel aliqua alia occasione et quod eas non vendiderat nec alienaverat, vel obnoxiaverat nec in totum nec in partem propter illud quod dederat ad capellam et IIII bubulcas quas dederat Ribaldo de Serra in feudum. sed omnia in se habebat sicut pervenerant in se a suis antecessoribus. In ea venditione manifestavit se hec omnia habere silicet duas partes castri *Mariane* et burgi et curtis universaliter. et cum omni honore. et duas partes none partis castri *Mosi* et burgi et totius curtis tam ab hac parte *Alee* quam ab alia. et cum omni honore pertinente ad illam partem et duas partes none partis castri *Asole* et burgi et totius curtis cum omni honore. et duas partes none partis castri *Retholdeschi* et burgi et totius curtis cum omni honore. Insuper manifestavit se habere in *Marcaria* in *Rivoltella* in *Casalimauro* in *Casali romano* in *Ramethello* in *Buzolano*. Facta autem hac manifestatione predictus comes precepto predictorum investivit ac datum fecit in manibus predictorum consulum nomine comunis de omnibus supradictis cum omni honore iure proprietario nomine cum omnibus pertinentibus ad predictas curias et ad predictas res sive ab hac parte *Alee* sive ab alia. et de omni eo quod pertinebat ad eum in virtute Brixie. et nominatim de eo quod vassalli ab eo tenebant in virtute Brixie. et nominatim de eo quod vassalli de *Mantua* habent inter *Alleam* et *Mincium* et ad rationis et iuris

q. habebat in *Sirmione* vel quod ad eum pertinebat. et datum cessionem fecerunt de omnibus rationibus et actionibus in predictis consulibus que ad eum pertinebant in virtute Brixie sive extra ad predictam venditionem pertinentibus et ibidem statim dedit dnum Trucarum e Girardum Lanzonem in manibus predictorum et eos suos missos constituit et precepit eis ut mittere prefatos consules vice comunis in tenutam omnium supradictorum. ita quod ambobus vel uni eorum liceret eos in ipsam tenutam mittere. et ibi iuravit quod hanc tenutam numquam revocabit. et semper rata habebit. adhiiciens in sacramento quod rogabit comitem Mussum bona fide. et consilium dabit ei ut vendat suam partem comuni pro rata dicti precii. Versa vice predicti consules vice comunis per preceptum Bracci iudicis et Wizoli sub quibus predicti consules se submiserant sub predicta pena c. c. c. marcarum. et stipulacione promisit ut attendet omnia eorum precepta de solvendo precio et de securitatibus faciendis. sive per sacramentum sive per alio modo illico autem preceptum predictorum predicti consules fecerunt securitatem in manu predicti comitis et per stipulacionem promisit sub pena cc. libr. quod solvent comiti vel suo misso in proximo die lune vel *an* (sic) c. quinquaginta lib. in loco *Rudiliani*. et sexcentas libr. in proximo die venientis ad tres septimanas in civit. mediolani. bonorum mediolanensium vel mezanorum duos in unum vel pro mixtis sine fraude. et Gerardus Lanzonus. et Trucarus extitere inde fideiussores et debitores sub eadem pena. stipulantes infrascripta. et ita iuraverunt attendere ne remanent per parabulam comitis vel sui missi. vel dicti impedimento. et transacto impedimento infra tres dies. et adiecerunt in sacramento quod non dimitterent quod ita solvant. pp. interdictum alicuius persone. et q. ipsi accipient portionem comitis Mussi si ipse voluit dare pro rata predicti precii suam partem ipso comite prante similes securitates prefatis. posteriori termino transacto. si comes mussus vel suus missus non perfecerit consules non teneantur. In continenti Marchesius de Pallatio et Trucarus et Girardus Lanzonus. et Pregnacca et Desiderius. iuraverunt quod consules attenderent. quod iuraverunt. et Gerardus de Bagnolo iuravit se daturum operam bona fide ad hoc. ut *Ubertus Verzelensis*

Advocatus. et Vitalis de Tothobio iuraverunt quod comes attenderet. q. iuraverat. In sacramento consulum continetur quod consilio comunis Brix. hanc emptionem faciebant. in conventione fuit q. persone *macinatarum* debent remanere in comite. scilicet illi q. habent feuda debent ea a comuni tenere.

Actum est hoc A. D. M. C. LXXX. Indict. XIII. et huius rei causa duo scripta uno tenore rogata sunt fieri.

Ego Gallus not. de Trenciano interfui et rogatus hoc scripsi.

Ego Iohannes not. rogatus scribere me subscripsi atque his int.

Istrument. solutionis facte pro Comun. Brix. com. Ruphino (a. 1180). — Anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo octuagesimo. die dominico nono exeunte mense marcii. Indictione terciadecima. Constat nos *Ruphinum comitem de Lomello* et filium quondam *Ottonis comitis de Lomello. et Beatricem iugales* qui professi sumus nos lege vivere longobarda. Ego que supra Beatrix iuri meo renuntiante ipsoque viro et mundo Aldo meo mihi consentiente, et subtus confirmante iuxta legem meam una cum noticia et interogatione propinquorum meorum parenduum. hii sunt Ubertus vercellensis advocatus patruus meus. et Henricus. et Maifredus fratres Vercellenses advocati mei consanguinei germani in quorum presentia et testium contra? facio professionem ac manifestationem me nullam pati violentiam a quopiam homine nec ab ipso iugali et Mundualdo meo sicut mea bona et spontanea voluntate accepissemus nos sicut in presentia testium manifesti sumus quod comuniter accepimus a te Martino Petenalupi consule civit. Brixie vice et nomine comunis ipsius civitatis argenti denarios bonorum mediolanensium veteris monete libris septingentas et quinquaginta finito precio sicuti inter nos convenimus nominative pro duabus partibus castri et burgi et curtis *Mariane* et pro duabus partibus none partis castri et burgi et curtis *Asole* et pro duabus partibus none partis castri et burgi et curtis *Mosi* tam citra quam ultra alleam ad ripam curtem mosi pertinentibus, et pro duabus partibus none partis castri et burgi et curtis *Retholdeschi* et pro toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in loco *Rame-*

thelli in quo sumus caput curtis pro toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in loco *Casali Mauri*. et de toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in loco *Casali Romani*. et de toto eo quod a nobis tenetur in loco *Buzolani*. et de toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in *Marcaria* et pro toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in loco *Revoltelle*. et nominatim pro omni jure et actionib. que nobis pertinent in loco *Sirmionis*. quas suprascripto comuni per te suprascriptum Martinum missum ipsius comunis cedimus ac mandamus et nominatim pro toto eo quod vassalli de mantua vel alii tenentur a nobis inter alleam et mincium. et universaliter pro toto eo quod habemus vel a nobis tenetur in episcopatu vel virtute Brixie in quocumque loco cum omni honore vel districto nobis pertinente in castris et extra castra. in burgis et extra burgos, in villis et extra villas. in spaldis et in capellis seu in basilicis et in campis. pratis. vineis. silvis. pascuis. aquis. etc.... cum omnibus pertinentiis etc.... tam citra quam ultra Alleam in episcopatu seu virtute Brixie vel extra omnia et ex omnibus que inveniri possint infra suas coerentias im. im. Quam autem suprascriptam vendictionem iuris nostri superius nominatam una cum accessionibus et ingressionibus seu cum superioribus et inferioribus suis et cum omni honore et districto et cum omni iure omnibusque actionibus nobis pertinentibus omnia et ex omnibus qualiter supra legitur im. im. suprascripto comuni Brixie pro suprascripto precio per te iam dictum Martinum consulem et missum ipsius comunis vendimus tradimus cedimus ac mandamus et emancipamus nulli alii venditam donatam alienatam obnoxiatam vel traditam in prefato comuni et faciat ex inde a presenti die comunis Brixie aut cui dederit iure proprietario nomine quidquid voluerit sine omni nostra heredumque nostrorum contradictione. Et quidem spondemus atque promittimus stipulatione inserta nos qui supra iugales tibi cui supra Martino nomine iam dicti comunis per nos et nostros heredes aut cui dederit suprascriptam venditionem qualiter super legitur im. im. ab omni homine defendere et varentare. Quod si defendere non potuerimus aut si vobis aliquid etc. *(le solite formole)* in duplum suprascriptum pre-

tium prefato comuni restituemus. propterea prenominati jugales satis cederunt in manu suprascripti Martini nomine et vice comunis quod defendent et varentabunt comuni suprascriptam venditionem nominatim a comite *Musso* et *comite Goifredo de Lomello* et ab omnibus comitibus qui noncupantur *de sancto Martino* scilicet Gerardo. Guelfo. Conrado et Azzone Blethono rationabiliter. quod si hoc non attenderent promiserunt pro stipulacione resarcire comuni Brixie totum dampnum quod illud comune inde passum fuerit. Cuius satisdatus prefatus ubertus advocatus et otto presbiter. et Guido Confanonerius de papia constituerunt se inde debitores. et prefatus Henricus constituit se inde tantum fideiussorem. promittentibus se ita attendere si prefati iugales non attenderint cum stipulatione subnixa. Postremo predicti jugales nominatim cesserunt et mandaverunt suprascripto comuni per suprascriptum Martinum omnes actiones et rationes quas habent vel habere possint contra aliquam personam vel comune aliquid etc. , . . . exceptis personis *Macinatarum* et rebus mobilibus earum.

Actum est in *curte ospitalis sancti Iohannis* q. est in territorio *Conflentie* in episcopatu Varcellensi iuxta ecclesiam sancti Ambrosii feliciter.

⊕ ⊕ Signa manuum suprascriptorum jugalium qui hanc cartam ut supra legitur fieri rogaverunt.

⊕ ⊕ ⊕ Signa manuum suprascriptorum propinquorum qui eam inter rogaverunt.

⊕ ⊕ ⊕ Signa manuum Guidoni de Armenulfis et Amezonis de Moza tunc consulum Mediolani et Calisti. Cavalcani consulis Novarie et Brixiani Vergelli et Manfredus de Sperarii advocatus et Ricardi ac Ludrini . . . . Rothobio et Maffei capelle de Vercelli et Maifredi de Speroara et Petrii notarii de Novaria et Petri de Monticellus de Novaria et Amizonis Avexane de Vercelli et Bonapacis Fabe de Brixia et Buicci iudicis de Monteclaro et Petri de Cunchis et Vizole de Asola et Mazaperlini . . . Brixie et Azolini de Carza testium rogatorum.

Ego Iohannes sacri pallatii not. interfui et rogatus hanc venditionis cartulam scripsi.

Absolutio fidelitatis facta per comitem Ruphinum de Vassallis qui erant inter Alleam et Mentium.

In Christi nomine die dominico nono exeunte mensis Martii in curia ministerialis sci Ioannis q. est in territorio confluentie in epatu Vercelli juxta Ecclesia sci Ambrosii in presentia Widonis de Armenulfis et Amezonis de Moza consulum Mediolani testes, et Tedesii Cavalacii consulis Novarie et Bracci judicis et Bonapacis et dni Martini consul. Brixie et aliorum quamplurium Comes Rufinus de Lomello filius quondam Ottonis presente beatrice uxor sua et consentiente absolvit omnes vassallos q. tenebant in feudum ab eo inter *Alleam et Minzum* et in tota virtute Brixie a fidelitate ita ut non teneant ei de cetero propter fidelitatem et dixit quod volebat ut . . . . . de beneficiis suis cum pp Brixie et incontinenti suos missos fecit dnum Bonapacem et Braccum ut acceperent et . . . . . ex sua parte.

Actum est hoc anno dni M C octuagesimo. Indict. XIII.

Mi gode l'animo di poter qui recarvi un brano di lettera dell'illustre Cibrario, colla quale, sì gentile com'è, or fanno pochi dì rispondevami ad alcune richieste sui Lomelli. — « I conti Palatini di Lomello erano in grande stato nella Lomellina ne'secoli vicini al mille, prima e poi. Il titolo di Conte Palatino manteneva ancora il suo splendore, benchè pel frequente mercato che ne fecero di poi gl'imperatori sia tanto scaduto. Nel 1833 io comperai in Milano vari sigilli dei secoli XII e XIII, che erano appunto sigilli equestri dei Conti Palatini di Lomello. = Da questi conti discende la famiglia dei Langoschi di Casale, di cui fu un Giantommaso conte di Stroppiana, gran cancelliere di Emmanuele Filiberto, mediocre legista e più mediocre diplomatico. — Non mi sono mai cadute sott'occhio carte concernenti il dominio dei Palatini di Lomello nel Bresciano, ma farò instituire ricerche negli archivi, e se si troverà qualche cosa, mi farò una grata premura d'inviarle a lei ecc. . . . » (Lett. 23 novemb. 1856, Torino).

Ed io mentre sono grato a tanta squisitezza e cortesia del dotto autore della *Economia Politica del Medio Evo* e delle *Sabaude Instituzioni*, giugnendomi qualche documento dei nostri Lomelli, ne farò bello questo Codice, che vassene omai, la Dio mercè, dovizioso di molti ed importanti e tutti nostri.

NB. *Alleam* per *Olleum*, in questo e nell'atto antec. Il conte d'Arco anch'esso (lett. 11 dicemb. 1856) non troverebbe doversi altramente supplire.

CLI.°

(An. 1180 — 13 gennaio)

Lo statuto sulle tasse dei mercati.

Inedito 1.

Come sta nello statuto originale pergamenaceo Quiriniano, carte 21.

In Christi nomine Anno . . . Mill. Cent. LXXX. Ind. XII die dominico XIII intrante mense Ianuarii. In eccl. s. Petri de Dom civit. Brix. in pubb. concione facta in ipsa ecclesia cum tuba et campanis dnus Ardricus de Salis tunc consul ipsius civitatis qui tunc habebat vicem concionandi presentibus et consentientibus omnib. ceteris consulibus ejus sociis scilicet Girardo de Bornado et Ravanino Confanonerio et Lafranco de Lavellolungo et Martino Petenalupo et Alberto Tramesino ac Ugone de Grumetello et per eorum parabolam constituit atque decrevit coram populo ut nemo negotiator seu habitator Brixie . . . . debeat dare aliquod tholomeum nec curathuram nec ullam dationem eundo vel redeundo seu stando ad mercatum per vias et stratas vel vicos per plateas aut per Zapellos nec pontaticum ad pontes nec rivaticum ad rivas . . . nec aliquis alius homo qui ducat vel trahat aliquid averum alicui hominis . . . predicte civitatis debeat dare ulli dationem pro illo avero in episcopatu seu comitatu aut virtute Brixie etc. —

Interfuere Imbertus de Yse et Theutaldus de Bornado et Belebonus Cagnolus et Albertonus Sechesia consules negotiatorum etc. . . . .

1. Statuti pergam. origin. (sec. XII e XIII) dell'Archivio Municip. ora depositato nella Quiriniana, carte 21. — *Liber Poteris Brix.* carte 512 dell'esempl. riscon. dal Zamboni — e lo Statuto cartaceo, copia dell'antico, che sta nella Quiriniana, carte 17. 18. A proposito del quale, nelle Storie Bresciane, pag. 169 (note) corse l'errore nell'indicaz. pag. 1718. Se nel mezzo a que' numeri mettete una virgola tutto è accomodato. È una virgola che manca, ma di qualche valore. Lo Statuto origin. pergam. soprascritto, da cui levammo il documento suddetto, è la riunione degli anteriori del Comune, accolti in un volume già dal 1298.

CLII.ª

(An. 1182 — 10 novembre)

La pace fra Biscardo da Loseno e Guiscardo da Breno.

Gambara 1.

In loco Luseni ibi in quodam campo non longe ab Ecclesia s. Mauritii horum hominum clericorum et laicorum multorum presentia etc.

Dnus Ugo legisperitus... precepto Dni Ioh. Brixiensis Eccl. Eps. et Iohan. ejusdem Eccl. Vicedomini electus est assessor et conciliator a Dno Uguizone de Luzene seu de Adre et Alberico de Niardo electis et constitutis arbitris ad pacem etc..... inter Guiscardum de Breno et filios Biscardi de Lusene.

Tre giurati, Guglielmo, Giacomo e Pallavicino da Breno, promettono che Guiscardo non avrebbe infrante le condizioni della pace; altri giurati e fideiussori promettono altrettanto per Aliprando ed Oberto, figlio il primo dell'estinto Biscardo ecc. — *sub pena centum marcarum optimi argenti* —.

Guiscardo fa la pace con Oberto ed Aliprando et omni sue parti de omnibus maleficiis et offensionibus etc. occasionis istius guerre et istius omicidii etc. — Quo facto obsculati sunt ad invicem Obertus et Aliprandiuus et Arnembaldus et Albertus Oberti filius et Ugucio et Albertonus Dni Aurici Guiscardum pacis nomine. *Gli arbitri comandano a Guiscardo*, ne amplius intret Villam neque Castrum Luseni nisi verbo Oberti et Aliprandini etc. — nec amplius vadat in curiam vel in parlamentum ubi noverit Obertum aut filium Bicardi inter esse, et siquidem iverit ignorans, recedat citius quam poterit comode sine fraude. — Similiter preceperunt ut si Guiscardus obviaverit eis in via, vitaverit viam si comode poterit, sin autem... non poterit portionem partem vie eis concedet.

Gli comandano ancora, ut stet in antea Mignocce [2] de facto Castri Loseni neque de rebus ablatis de ipso castro, et si steterint ei in antea de predicto facto, teneatur ipse Gui-

1. Gambara, Gesta dei Bresciani, p. 209. — Storie di varie terre del Bresc. — Cod. Quir. C, I, 10. — Stor. Bresc. t. V, p. 171.

2. Cioè, risponda pel Mignocca in quanto al fatto ecc.

scardus reddere totum aliud dangonem castri — *e che* pro medietate damni dati in castro etc. prestet Oberto et Aliprandino sexaginta et duas libras et undecim sex denariorum bonorum veterum. — Hoc autem factum est anno ... MCLXXX, sec. ind. XV. Ibi interfuerunt spt Iohannes Eps. et Iohs Vicedom ... et Lanfrancus Ysensis Archipr .... et dnus Robacastellus dę Berze et Lanfrancus de Esen Consules Valcamonice et plurima alia multitudo clericorum et laicorum Valcamonice gentis.

CLII.°

(Anno 1182)

Il vescovo Giovanni dei Griffi di Luseno.

Proprietà di Giovanni passate ai Griffi.

Inedito 1.

Infrascripte sunt petie terre . . . que non computantur nec sunt in jure exigendi decimas de comunione totius territorii arat. de Luseno ex quibus exiguntur decime divise per illos de domo de Griffis, quia infrascripte petie terre fuerunt in bonis R.mi Joannis de Griffis de Luseno Episcopi Brixie anni 1182 ultra alias petias terre arative site in dicto territorio de Luseno solventes decimas de çomunione dictos de Griphis de Luseno quia totum territorium arat. situm supra comuni suprascripto solvit decimam ex qua summa territoriis solvent. decima de comunione datur quarta pars plebi de Cividat. Vallis Camonice que appellatur la quarta.

1. Storie di varie terre del Bresciano. — Codice Quiriniano, C, I, 10 (Valcamonica). — Storie Bresciane, t. V, pagina 174.

IL COMUNE DI BRESCIA

DALLA PACE DI COSTANZA ALLA MORTE DI FEDERICO II

1183—1250 [1].

NB. **Una volta per sempre: quando si citano nel Codice le *Storie Bresciane*, non è per indicarvi che un luogo dove noi ce ne valemmo.**

CLIII.

(Anno 1183 — . . . . .)

Concordia fra Bresciani e Cremonesi.

Carli [2].

Convengono fra loro per le strade e per la moneta ecc. Già ve lo demmo quasi per intero a pag. 189 delle Storie, tomo V.

CLIV.

(Anno 1183 — 1 maggio)

I preliminari della Pace di Costanza.

Muratori [3].

In quest'atto preliminare — *In Civit. Placentia Sacramentum fecit de Mediolano Adobatus Butraffus Rector, de Brixia Oprandus Rector, de*

1. Poichè gli Svevi, come abbiam notato, cessavano colla morte di Federico di aver suddito il comune di Brescia, n'è duopo, siccome vi dicemmo, ritenerne al 1250 spenta *per noi* la breve dominazione. Quindi non al 1268, ma 18 anni prima risaliremo colle prestabilite collezioni dei docum.

2. Zecca d'Italia, t. II, pag. 173. — Zanetti, Note al Doneda sulle sue Zecche Italiane, e nell'edizione a parte del Doneda stesso. — Storie Bresciane, t. V, pag. 179.

3. Murat. *Antiq. Ital.* t. IV, col. 294. — Storie Bresciane, t. V, pag. 172.

Mantua, Alexander Rector — ha un giuramento dei rettori di Lombardia di attenersi a quanto verrà stabilito nella pace coll'imperatore.

CLV.

(Anno 1181)

Castiglione.

Inedito 1.

Attestazioni assunte dal vesc. di Brescia *super jurisdictionem Castioni.*

CLVI.

(Anno 1183 — 25 giugno)

La pace di Costanza.

Muratori 2.

Ivi — *de Brixia Oprandus de Martinengo, Gezo de Turbiado, Desiderius Judex, Rodulfus de Concesio, Bocacius de Manervio, Albericus de Capriano.* — La celebrità quasi omai popolare di quest'atto, mi dispensa da porne qui un sunto: noi seguiremo per le soscrizioni le varianti inedite del *Lib. Poteris.* E fra i molti documenti dei rettori lombardi qui ricorderemo la sentenza del 20 gennaio 1181 per la pace fra Padova, Treviso, Ceneda e Conegliano, in cui trovo un *Ugo Dni Tassonis Consul Brixiæ* [3].

CLVII.

(Anno 1183 — 9 aprile)

Vobarno e Pompignino.

Inedito 4.

. . . . . Item dico unam Villatellam esse in *Curte Buarni* que vocatur *Ponpagae* et est illa villatella Sancti Benedicti et est ibi capella que vocatur Sanctus Benedictus et districtum illius Villatelle est integraliter Domini Episcopi ut homines illius loci dicebant mihi etc. . . . . sed gaudiam nec Bannum non vidi dari ab illis hominibus etc. . . . . Actum est hoc die Sabati nono intrante Aprile in *Laubia Brixie* anno Dni millesimo centesimo octuagesimo tertio Ind. I.

1. Archivio Secr. di Cremona, che per anco non ho potuto avere.
2. Murat. *Antiq. Ital.* t. IV, col. 307, 318, *ex apogr. Monaster. Brix. s. Iuliæ.* Ma un altro apografo importantissimo è nel *Liber Pot. Brix.* or custodito dalla Quirin. car. 8. — Anche il giuliano pubbl. dal Murat. serbasi fra gli antichi apografi del Cod. Diplom. Quirin. secolo XII. — Bensì giovino le sottili osservaz. dell'Astezati (Indice Univers. dei doc. Giuliani pag. 106 del Codice Quirin.) sulla data del docum. che proporrebbe del 1184.
3. Verci, Cod. Eccell. - doc. XLIV.
4. Lucchi, *Cod. Dipl. Brix.* pag. 21.

⊕ Ego Girardus Dni Friderici Imp. notarius . . . . . vidi et legi etc. et hoc scripsi . . . . jussu *Domini Magij* et Domini *Ugonis de Gromethello Consulum* Iustitie Brixie.

CLVIII.

(Anno 1184 — 26 febbraio)

Le rovine del castello degli Orzi.

Inedito 1.

In Christi nomine, die Lunæ tertio, exeunte mense februarii in ecclesia *Sancti Michaelis Brixiensis Episcopi*, in presentia Canonicorum majoris Brixiensis ecclesie, nomina quorum inferius scripta sunt per consensum et parabulam officialium plebis Sancti Laurentii de Buchoro, videlicet domini Archipresbiteri et domini Iacobi de Villa pro semetipsis et in vice suorum confratrum, nomine ecclesie Plebis, licentiam accomodantibus; investivit perpetualiter dominum Israelem abbatem monasterii Vallis Acte per se suosque successores atque nomine collegii ejusdem monasterj, nominative de Capella quadam Sancti Georgii de Fere sita in plebatu Bucovi etc. (*omiss.*) ita quod predictum collegium annuatim nomine census in festo Sancti Georgii vel in octava jam dictæ plebi duos solidos denariorum bonorum mediolanensium veterum solvat, quo soluto libera ipsa ecclesia Sancti Georgii tam ab omni Cathedrali exactione episcopi quam plebis buchovi libera debeat permanere, salvo eo quod dictum est. Institutionem vero et destitutionem ipsius capelle libera concessa (*sic*) ipsi abbati in temporalibus, nec officiales ipsius capelle monaci qui pro tempore ibi fuerint cogantur venire ad plebem causa scrutinii vel baptisterii. Et si *Castrum Urcei quandoque edificatum fuerit*, collegium Vallis Alte debet plebi buchovi eandem capellam Sancti Georgii et possessiones ejusdem restituere et quiete dimittere ita tamen quod cambium alterius ecclesie arbitratu domini Brixiensis Episcopi qui pro

1. Devo alla cortesia di M. Can. Finazzi questo documento. È tratto dalla copia autografa del celebre Can. Lupo. Ne lo descrive il Ronchetti (Memorie di Bergamo, tomo III, pagina 178, libro XI). — Si veggano le Storie Bresciane, t. V, pag. 175.

tempore fuerit, et possessionum ejusdem ab ipsa plebe consequatur, et in presenti ipse dominus episcopus per se suosque successores et prefatus archipresbiter nomine plebis per se et offitiales ejusdem plebis presentes, et qui pro tempore fuerint, promiserunt jam dicto domino abbati nomine collegli Vallis Alte stipulanti omni tempore ita ut supra dictum est, et ratum et firmum tenere etc. (*omiss.*).

Actum est hoc in civitate Brixia in presentia domini Iohannis prioris jam dicti monasterj, anno Domini millesimo CLXXXIIII indict. secunda.

Interfuere canonici Brixienses ecclesie videlicet dominus Iohannes archidiaconus etc. . . . . qui prefate investiture parabolam et assensum dederunt.

Ego Lanfrancus, cui licet publica instrumenta etc.

CLIX.

(Anno 1184 — 31 dic.)

Il conte Azzone.

Inedito 1.

Documento di poca entità. In fine: — *Actum est hoc in Concione Brixiæ die sabati ultimo exeunte decem.* 1184 *Ind. II, Comes Acius Consul Brixiæ confessus fuit. Interfuere dnus Desiderius Iudex, Albertanus Sechesi, Bagocius testes* —. Ed a proposito di consoli è curiosa una sentenza [2] del 1184 di un *Dnus Dothus Consul de Nebulento* a favore del monastero di s. Pietro in Monte, la quale termina — *data fuit hæc sententia die sabati XV exeunte Martio in Ecclia sci Ioannis Baptiste. Ibi fuere dnus Teudaldus de Muscolinis etc.*

CLX.

(Anno 1184 — 8 dicembre)

La moneta bresciana.

Doneda 3.

Cenno di sentenza pronunciata in *Eccl. s. Petri de Monte an.* 1184, in cui sono le parole *viginti sold. nostre monete*, ritenute dal Doneda come il primo ricordo della moneta bresciana: ma lo precede il seguente.

1. Lucchi, *Codex Diplomatic. Brix.* pagina 22 del mio esemplare. — Storie Bresciane, tomo V, pag. 176.
2. Lucchi, *Cod. Dipl. Brix.* pag. 21 del mio esemplare, e 60 dell'autografo Labusiano.
3. Doneda, Zecca Bresciana, p. 8, ediz. del 1755. — Stor bresc. t. V, pag. 178.

CLXI.

(Anno 1184 — 31 maggio)

Il primo documento della moneta bresciana.

Inedito 1.

In xpi noie Anno ab eius incarnatione Milles. Centes. Octuagesimo IIII. die iovis ultimo exeunte mse madii. Indict. scda. Presentia bonor. hom. quorum noia subt. leguntur p. ligno q. in sua tenebat manus dnus *Iohannes brixiensis eps.* investivit pbrm Ambrosium. et pbrm Pizolum. ac Petrm diaconum officiales eccle sci Andree nominatim de toto eo q. Marchisius Framesinus solitus erat habere et tenere ab epatu *Brixie* in teritorio et ptinentiis de Virle p. feodum q. refutavit iamdictus Marchisius in manib. pfati dni Iohis eps ad hoc ut ipse dnus eps debere et predictos officiales sci Andree investire. Ob quam refutationem predictus Marchisius acceperat a prefatis officialibus XX. et tres libras dn. med. vet. ut ipsi dicebant. Eo vero modo et ordine fecit hanc investituram ut iamdicti officiales sci Andree et sui successores ppetuo habeant et teneant pdictam terram que est iuris Epatus. et de ea quidquid voluerint faciant. Excepto q. non debent ea vendere servo seu Eccle. aut potenti homini.

Reddendo annuatim in sco Martino vel ad octavam *XII bonos mezanos Bxie vel illius moneta pro tempore currentis que tantumdem valeat.* Quib. solutis ac designatis alia super imposita fieri non debet. Convenerunt inter se si pdicti officiales vel eorum successores vendere voluerint iamdictam terram primo debent appellare pdictum dnum Iohem epm. seu eius successores. et eis ad *quinque sol. mezanorum Brixie* dare initus *(sic)* quam alteri si emere voluerint. Alioq. n. vendant cui voluerint salvo ficto *XII mezanorum.* exceptis pdictis psonis. *et. V. sol. mezanorum bxie* debet habere p. investitura. Pena vero int. se posuerunt ut qsqs eorum vel suorum successorum omnia ut superius legitur in in *(sic)* no. attenderit vel no. observaverit. te componat pars parti fide servanti noie pene fictu. in duplu. et p. pena prestita. hoc breve firmum et stabilem pmaneat. Actum est hoc in civitate Bxia. In palacio sci martini dni epi.

1. Arch. Prep. di s. Agata. Ivi l'Aut. — Stor. Bresc. t. V, pag. 179.

Interfuere archipbr Natholus de Gavardo. et magister... Landus canonicus. Desiderius iudex. Ugo taxoni. Albertus iudex de *Gotenengus*. Albtus de Capriano *discaccialus dni epi* et vvastavinus clicus sce agathe testes.

Ego Albtus not. interfui et duo brevia uno tenore scripsi.

Al numero CLIII, pag. 48 di questi documenti vi citammo una Concordia fra i Bresciani e i Cremonesi. Convengono in essa fra di loro per le strade, e che la *Moneta utriusque civitatis debeat comuniter recipi;* che si debba coniare dai Cremonesi *ad illam Taxiam Monetæ Brixiæ* e d'una forma eguale; che la moneta milanese non si riceva *nisi pro concordia utriusque civitatis etc.*... Noi l'abbiam data quasi per intero nelle Storie Bresciane [1]. Per la moneta corrente fra noi di quel tempo, è singolare un registro di Cencio Camerlengo (MURATORI, *Antiquit. Ital. M. Æ.* t. V, col. 868), ove sono alcuni censi del 1192 dovuti a Roma da qualche Chiesa bresciana.

Monast. de Aquanigra, unum Marabutium. — Monast. Montisclari dimidiam unciam auri. — Monast. s. Simeonis, VI Imp. Eccl. s. Desiderii, VI Imp. Eccl. s. Petri de Ripa, VI Mediolan.

Ma in quanto al patto del non riceversi moneta milanese ecc. sarebb'egli effetto della seguente inedita e fiera sentenza di Federico? Parrebbe intorno al 1155.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus. Mantuanis Brixiensibus Pergamensibus consulibus et cuncto populo tam minoribus quam maioribus gratiam suam et bonam voluntatem. Scire debet universitas vestra quod Mediolanenses ob plurima incendia et rapinas que in Italia sceleratissime exercuerunt nostram indignationem meruerunt. et

1. Storie Bresciane, t. V, pag. 181, 182. Anzi a pagina 48, numero CLIII di questi documenti, ov'è citata la pagina 189 di quel volume, correggasi 181, 182.

cum sepius vocati iusticiam fugerent, ex sententia principum imperiali banno eos subiecimus. et in pena sue perfidie in celebri curia ex iudicio multorum principum tam italicorum quam teutonicorum omnibus regalibus et nominatim *moneta et toloneo* eos privavimus. quia vero eadem moneta in nostra potestate relicta est. et in nostro arbitrio eam dandam iusticia dictavit. Placuit nobis *fidelissimis nostris Cremonensibus eiusdem monete donare* et imperiali auctoritate confirmare. Universitati itaque vestre mandamus et sub tantum gratie nostre et per fidelitatem quam nobis iurastis vobis precipimus quatinus novam monetam a Mediolanensibus factam per terrum vestram ubicumque accipi proibeatis et eam tamquam falsam et adulterinam in omni commercio refutare faciatis. Mandamus preterea et per iuramentum quod nobis iurastis vobis precipimus ut Mediolanensibus nullum transitum per terram vestram ad lesionem Papiensium Cremonensium et Novariensium concedatis. nec nllum eis auxilium impertiatis, sed ipsos Papienses et Novarienses (*la pergamena non è leggibile*) gratia fideliter et viriliter aiuvetis (*manca il resto*) [1].

CLXII.

(Anno 1184 — 10 ottobre)

La Chiesa di Lonato.

Inedito [2].

Bolla di Lucio III.

Lucius Episcopus Servus servorum Dei dilectis filiis Ricardo *Archipresbytero plebis s. Zenonis de Lunado* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonice subscribendis = Præpostulatio voluntatis etc.... Quapropter dilecti in Domino filii vestris postulationibus clementer annuimus et prefatam plebem s. Zenonis de Lunado in quo divino mancipati estis obsequio

1. Arch. Secr. di Crem. - A, 66.
2. Comunicatomi dal rev. sac. Giuseppe Zambelli di Lonato, ch'egli ebbe o dall'Arch. Prep. di colà, o dal Comunale, ma certamente di non dubbia sincerità, trascritto nelle di lui Memorie di Lonato, compilate nel 1850. — Storie Bresciane, t. V, pag. 183, 184. — Codice 65 della mia Raccolta.

sub b. Petri ac nostra protectione suscepimus et presenti scripti privilegium comunicamus statuentes ut quascumq. possessiones quæcum. bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet vel in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma nobis vestrisq. successoribus illibata permaneant. Hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata plebs sita est cum ipso *Castro veteri* et aliis suis pertinentiis. Quidquid habetis in loco qui dicitur *Druguli*: quidquid habetis circa s. Quiricum, quidquid habetis in loco qui vocatur Sognoni, Sedenna, Campaniola, Curoli, quidquid habetis *in suburbio juxta Castrum velus*. Quidquid habetis juxta capellam s. Martini. Quidquid habetis in loco qui dicitur Prata: quidquid habetis in loco *Decimarum* et in loco qui dicitur *Montesello*. Sedumina et possessiones aliarum terrarum quas habetis in territorio et in *suburbii Leonadi:* quidquid habetis juxta capellam s. Cypriani, et quidquid habetis in confinio Lonadi, et Oliveti: quidquid habetis in plebatu *Salodii* et *Materni*. Decimas preterea quas ecclesia vestra a quadraginta annis inconcussa possidet et in presentiarum etc. . . . eidem ecclesiæ auctoritate apostolica confirmamus. Libertatem etiam immunitatem in decimis quam in aliis nec non antiquas et rationabiles consuetudines a *Veronensibus Episcopis* Ecclesie vestre concessas etc. ratas habemus et in eas futuris temporibus illibatas manere sancimus; inibentes etiam ut in fine Paræciæ vestræ nullus ecclesiam vel oratorium sine assensu Diocesani Episcopi et vestri ædificare præsumat, salvis tamen previlegiis Romanorum Pontificum. Sepulturam quoque plebatus vestri liberam vobis esse concedimus, ut eorum devotioni qui illic sepellire desideraverint, nisi forte excomunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia . . . . . . Capellanorum a quibus corpora sumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel sublatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexassionibus fatigare, sed omnia integra conserventur pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt; salva sedis apostolicæ auctoritate et diocesani Episcopi canonicæ

justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona etc. . . . .

Datum Veronæ per manum Hugonis S. R. Ecclesiæ Notarii VI. idus octobris indictione III Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXIV Pontificatus vero Dni Lucii PP. III. anno IV.

CLXIII.

(Anno 1184)

Frammento storico.

Inedito 1.

Si pone sotto l'anno presuntivo della deposizione testimoniale.

Ex autogr. tabularij majoris Ecclesiæ Patavij.

Testes canonice producti etc. . . . . . contra Girardum de Calaone Girard. de Pernumia iuratus dixit. Ego scio quod recordor a XL annis de hinc retro, quod audivi dicere quod *monasterium sancti Petri in Monte* debebat pastum unum dare *regi Enrico Brisie*. Et audivi dicere, quod illi qui tunc erant in predicto monasterio ivere Brisie, et pacisscrunt cum illis de monasterio sancte Iulie; ita quod illi de sancta Iulia dederunt pastum istum regi Enrico pro illis de monasterio sancti Petri: et pro hoc pastum dederunt eidem monasterio sancte Iulie monaci sancti Petri totam terram et bosco et amplo et capulo et pasculo quod monasterium sancti Petri habebat in pertinenciis de *Permunia*, et audivi dicere, quod *domini de Carraria* ivere postea Brixie, et invenerunt (?) a monasterio sancte Iulie ad libellum totam terram quam illi de monasterio sancti Petri eidem monasterio pro predicto pasto dederant. Et scio quod audivi dicere antiquitus quod ecclesia sancte Marie de Padua antequam monasterium sancte Iulie haberet hanc terram, quod iam habebat decimam predicte terre etc. (*Sieguono le deposizioni di altri testimoni*).

1. Luchi, *Cod. Dipl. Brix.* pag. 66 tergo del mio esemplare, e 177 dell'origin. Labus, al cui margine è la nota del Luchi. *Charta est anni* 1184 *circiter*. Il testimonio parla dunque di cose del 1140 circa. Il Luchi traeva quel docum. *Ex Tab. majoris Ecclesiæ Patavii.*

CLXIV.

(Anno 1184 — 23 settembre)

I consoli di Lonato.

Privilegio di Federico I.

Inedito 1.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. Imperatoriæ majestatis nostræ pars est et officium, ut non solum in altis alta conspiciemus, verum etc.... Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus præsentibus et futuris, quod hos devotos et fideles nostros homines de *Lonado* scilicet *Boniolum Tonsum* et *Ioannem Bonum consules* predicti loci, vice ac nomine comunitatis eorum et universitatis in protectionem imperatoriæ majestatis nostræ suscipimus, eisque potestatem ac virtutem nomine universitatis et comunitatis in omnibus suis rationibus et comunibus rebus quas nunc universitas illius loci habet et tenet, et pro tempore habebit et tenebit, ut in busco, silvis, campis, vitibus, pascuis aliisque justis consuetudinibus prædictæ comunitatis secundum hoc quod hactenus legitime consueverit habere præceptis auctoritatis nostræ confirmamus, statuentes et imperiali auctoritate decernentes ut nulla persona, vel magna sæcularis vel ecclesiastica, nulla potestas, nullum comune hanc nostræ majestatis paginam audeat violare. Quod si quis fecerit quadriginta tribus aureis... pro pena competat, dimidia imperiali summa reliqua passis injuriam. Huius rei testes sunt Conradus Maguntinensis Cameræ nostræ devolvatur, Archiepiscopus, Gottifredus Imperialis auct. cancellarius, Rodulfus Protonotarius, Laurentius Languinis, *Comes Bernardus de Lana*, Comes Guernerius, Conradus etc. Datum Veronæ anno dominice incarnationis 1184 Ind. III nono Kal. Octob.

CLXV.

(Anno 1184 — 17 agosto)

Le proprietà di s. Giulia.

Margarino 2.

Riconfermate da Lucio pp. a Grazia badessa di s. Giulia.

1. Dalle cit. Mem. ined. di Lonato, del Zambelli, 1850. — Storie Bresc. t. V, pag. 183, 184. — Codice 65 della mia Raccolta.

2. Margar. *Bull. Casin.* parte II, pag. 205, 206. — Codice Dipl. Quir. secolo XII, a. 1184. — Storie Bresciane, t. V, pag. 184.

CLXVI.

(Anno 1185 — 22 dicembre)

La riconferma della Lega Lombarda.

Muratori 1.

Sottoscritta per Brescia da Aldrico Sala *(de Brixia Aldricus de Sala)*.

CLXVII.

(Anno 1186 — . . .)

Le pievi di Liano e di Salò.

Bolla di Urbano III.

Inedito 2.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri *Ioanni Brixiæ Episcopo* salutem et Apostolicam Benedictionem. cum inter bonæ memoriæ Raymundum Prædecessorem tuum, et *Plebem Salaude* super titulo *s. Petri de Luyano* sub examine bonæ memoriæ Guidi Archidiaconi Ecclesiæ tuæ controversia verteretur; idem Archidiaconus, auditis rationibus et allegationibus utriusque Partis, et diligenter inspectis, definitivam sententiam promulgavit, statuens, et decernens, ut Episcopus Brixiæ instituendi prefatum titulum, ibique ponendi conversos, sive conversas, vel alias personas, hinc removendi, sicut ad tempus ipsum factum fuerat nomine Brixiensi Ecclesiæ liberam habeat, ac plenariam facultatem. Ius vero Parochiale, quod a longe retro temporibus memorata plebs habebat in Ecclesia ipsa, in missis, et alijs divinis officiis celebrandis, conferendis penitentijs, sepeliendis mortuis, et pueris baptizandis, et in perceptione quartæ partis expensarum in Plebe in campanis, calice, et ceteris omnibus expensis solitis a Vicinis ipsius Ecclesie persolvendis, immutilatum et integrum statuit conservandum.

Quia vero jam, quæ super causarum litigys, canonice decernuntur, firma debent et illibata consistere, et ne recidive contentionis scopulum reducantur, scriptis apostolicis communiri, Nos Fraternitatis tuæ precibus inclinati, sententiam ipsam, sicut canonice lata est, ratam esse decernimus, et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omnino hominum

1. MURAT. *Ant. Ital.* t. IV, col. 319. *Placentie in Eccl. s. Brigide.*
2. Comunicatami dal diligente mio amico Paolo Perancini di Salò. — Storie Bresciane, tomo V, pagina 187.

liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ausu temerario contradire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum etiam se noverit incorsurum.

Data Verone IIII . . . . Februarij . . . . . *(manca l'anno, ma certamente Urbano era in Verona del 1186).*

CLXVIII.

(Anno 1186 — 10 dicembre)

La Cattedrale di s. Pietro de Dom.

Inedita 1.

Bolla di Urbano III, colla quale riconosce le proprietà ed i privilegi della Cattedrale già concessi dai pontefici anteriori (quasi eguale a quella che abbiam pubblicata [2] di Alessandro III del 1175, ed a quella d'Eugenio del 1148, che il Gradenigo ha messa in luce [3]). — *Dat. Verone . . . . . IV idus decem.*

CLXIX.

(Anno 1186 — 26 febbraio)

La pieve di Tremosine.

Bolla di Urbano III.

Inedito 4.

Urbanus Eps. servus servorum Dei dilectis filiis *Martino Archipro plebis Sce Marie de Tremosino* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris Canonice substituendis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni etc.... Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Ecclesiam sancte Marie de Tremosino qua divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Preterea quascumque possessiones quocumque loco eadem Ec-

1. Presso l'Archivio Canonicale di Brescia. — Storie Bresc. t. V, pag. 188.
2. In questo vol. p. 29, n. CXXXV.
3. Gradonicus, *Brixia Sacra*, p. 205. — Stor. Bresc. t. V, p. 101.
4. Presso l'Archivio dell'Arcipreb. di Tremosine, antico apografo del secolo XIV, comunicatomi dalla cortesia del rev. arcipr. di quella terra sacerd. Biella. Il documento ad ogni modo è d'indubbia sincerità. — Stor. Bresc. t. V, pag. 188.

clesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Dno potest adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo predicta ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis. Capellam Scti Michaelis, et Scti Laurentii, et sci Petri, et sci Benedicti cum omnibus pertinentiis suis. In loco *Vesii.* possessiones duorum fratrum scilicet Adamantis et Guidonis qui fuerunt conversi ejusdem ecclesie. Et possessionem Aymerici in eodem loco. possessionem Martini de *Priazo.* Possessionem Joannis Bucco de Lode. et possessionem Guidonis *Gambuci.* Decimam *Pregassi* sicuti pacifice et juste possidetis. Et quartam partem decimarum omnium totius plebatus. Et decimas novalium sicuti a venerabili fratre nostro *Ioanne Brixiense Epo* vobis concessa sunt. Ius quod habetis in *Nintignano* in vineis et campis. Jura que habetis in *Pulciano* et in *Ravazono.* et jura que habetis in *Augello* et jura que habetis per totum olivetum. et iura que habetis in *Prese* et vineam que est post plebem cum nemore. Et cemeterium predicte plebis. Concessionem quoque a predicto Episcopo vobis canonice factam de territoriis suis . . . . rationibus (*sive* de rationibus) in predicto territorio et plebatu Tremosini sicut in istrumento pubblico ejusdem epi plenius continetur. Preterea libertates et immunitates equas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre concessa sicut hactenus observate sunt ratas habemus et eas perpetuis temporibus illibatas per presentes sancimus. Novas quoque et indebitas evictiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis aliisque omnibus ecclesiasticis secolaribusve personis omnino fieri prohibemus. Sancimus etiam ne intra fines parochie vestre ullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo erigere audeat, salvis privilegiis Romanorum pontificum. Auctoritate quoque apostolica interdicimus ne quivis in vos aut ecclesiam vestram excomunicationis suspensionis seu interdicti sententiam sine manifesta et rationabili causa promulgare presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis,

exclusis excomunicatis et interdictis non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere etc... Si qua igitur in futurum etc.

Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus subscripsi (*Sieguono le firme di vescovi e cardinali*). Datum Verone per manum Alberti sce Romane ecclesie pbr Card. et cancellarii IV Kal. Martii Indictione V Incarnationis Dominice M. C. LXXXVI pontificatus vero dni Urbani pp. III Anno secundo.

CLXX.

(An. 1186 — 5 dicem.)

Biata Palazzo.

Inedito 1.

Atto per controversia tra Berta badessa del monastero dei ss. Cosma e Damiano in Brescia, ed Oddone chierico di Capriolo.

In Eccl. ss. *Martini Cosme et Damiani* de civitate Brix.

Que controversia comissa erat conoscenda et definenda dno Lanfranco Abati Monasterii sce Eufemie et dno Oldoni preposito canonice sci Petri in Oliveto p. dnm Urbanum papam etc. . . . . per pactum et conventionem ab utraque parte commissa est dno Alberto de *Gotenengo* predictarum potestatum existente consiliario etc... ibidem diceret et nominatim de sorte de *Goiono* etc. . . . cujus securtatis dns *Biata de Palatio* constituit se fideiussorem et debitorem omnium exceptione remota etc. *Il medesimo Alberto* precepit similiter Abbatissa ut relinqueret capelle omne ius quod habebat monasterium in clauso de *Cubiado* etc. . . .

CLXXI.

(Anno 1187 — 30 aprile)

La Chiesa di Montechiaro.

Bolla di Urbano III.

Inedito 2.

Riconosce anch'egli le benemerenze di Raimondo vescovo di Brescia, concesse alla pieve di Montechiaro, come le assentiva papa Alessandro nel 1177, di cui vi demmo la Bolla. *Dat. Verone Prid.* (?) *Kal. Maii.*

1. LucHI, *Cod. Dipl. Brix.* p. 109.
2. Si veggano le Miscellanee Zamboniane presso il nob. Clemente Rosa. — Stor. Bresc. t. V, 187.

CLXXII.

(Anno 1187 — 8 giugno)

Il palazzo del Comune.

Atto privato.

Inedito 1.

Anno ... M. C. LXXXVII die lune VIII, intrante mense junii etc.... Dnus Ioannes Archidiaconus *(forse il Palazzo susseguito a Giov. Fiumicello)* majoris brixiensis eccl. et Teutaldus archipresbiter etc. ... confessi sunt se recepisse a dno Brixiano Confanonerio et Oddone advocato, et Teutaldo de Muscolinis et Mario de Pallatio consulibus Com. Brix. ducentum et X libr. *Brixien. monete* nominative pro terra super quam est pallatium Communis constructum ubi solite erant esse domus terranee et ortulus iuris ipsius eccl. Quibus domibus coherentie erant iste... a mane ingressus unde pergitur ad ecclesiam s. Petri, a meridie prefatus ortulus, a sero ingressus Contionis et Contio, a monte via etc.

CLXXIII.

(Anno 1187 — ... agosto)

I creduti Martiri.

Doneda 2.

L' importanza del fatto ci muove a riprodurre il documento già dato dallo Stella, dal Doneda e dal Faino.

In Christi nomine. anno incarnationis ejus millesimo centesimo octuagesimo septimo Indictione quinta mense aug. Cum non solum ex scriptura passionis beatorum martirum Faustini et Jovite verum etiam ex fama et antiquorum virorum assercione. et aliis variis indiciis eorum corpora viderentur esse recondita in ecclesia ad honorem eorum *in suburbio de porta Matulfo* civitatis brixie juxta *viam cremonensem* dedicata; placuit fratribus et vicinis ejusdem ecclesie ex consensu et voluntate dni Iohannis brixiensis episcopi ipsa sacratissima corpora

1. *Liber Poteris Brix.* — Codice Pergam. Munic. presso la Quiriniana, carta 7 e 8. — Storie Bresciane, t. V, pag. 189.
2. Lettera IV intorno all'esistenza dei ss. MM. ecc. p. 9. — Stor. Bresc. t. V, p. 191. — FAINO, Vita dei ss. mm. Faustino e Giovita, p. III, pag. 51. — STELLA, Risposta alle censure ecc. pag. 121.

detegere utq. de non apto loco quo pedibus suffocabantur ea deberent extrahere. et venerabili loco collocare. Cumque rupto solio ecclesie ad arcam marmoream pervenissent. prefatus episcopus multis clericis et laicis utriusque sexus presentibus ipsam arcam aperuit. in qua duo corpora mirifice collocata invenit. Erant enim ex pluribus sericis palliis cooperta. et in ipsa arca erat mensa albissimi marmoris sita. et a fundo arce aliquantulum ellevata. supra quam jacebant jam nominata corpora. Ne autem humor vel sanguis corpora aut pallia posset consumere. erat ipsa mensa multis foraminibus perforata. per que humor cadebat ad inferiora. Ipsa vero corpora decollata fuisse videntur. set caput unius nullo modo reperitur. Sanguis quoque pluribus in locis adhuc rutilat sepolture. Est etiam cum ipsis corporibus gubernata sanguinis ac terre mixtura insimul quasi panis coagulata. in multis fustris palliis involuta. prout in effusione sanguinis eorum fuit collecta. Collectis autem jam dictis duobus corporibus ab eodem episcopo in duobus palliis. nullam scripturam invenit in ipsa arca que eorum nomina declararet. set ipsa rei qualitas eos martires fuisse monstravit. Unde secundum jam dicti episcopi voluntatem cum fratres et vicini jam supradicte ecclesie vellent arcam sepedictam de fovea producere. ut in ea ipsos martires loco religioso deberent reponere. invenerunt tabulam marmoream sub capite ipsius arce inter duos lapides ita quod arcam non tangebant absconditam. que talem litteram continebat. FAVSTINO ET IVITTA CHI MARTYR. VICTOR MAVRVS EX VOTO POSVIT MENSAM CIVIBVS SVIS. Rursum veniens episcopus ad ecclesiam prefatam. visa jam nominata tabula et litteris. ex mandato ejus et eo presente et in. habito conscilio cum fratribus suis. quidam ejus bone opinionis presbiter Ambrosius de sancto Andrea nominatus. gradum ascendens. litteras illas audientibus multis viris et mulieribus legit. et credendum esse martires Faustinum et Jovittam publice eos fore demonstravit. quibus ita peractis. alia vice rediens episcopus altare majus ecclesie in quo duo corpora sanctorum erant recondita violavit. et auferri precepit. ut ibi arca et in ea predicti Martires collocarentur. completo ejus mandato cum die certo venturus esset

episcopus ut quatuor corpora sanctorum reconderet. et violatum altare restauraret. expectantibus fratribus et vicinis nominate ecclesie ut episcopus que promiserat adimpleret. cucurrit abbas sancti Faustini cum magna multitudine multas minas episcopo inferrendo. et ne ad propositum locum se representaret prohibendo. exinde ad apostolicam audientiam proclamavit. Episcopus timens. tunc exinde amplius non processit. set tam. prima die Kal. septembris. ad jam dictam ecclesiam venit. et illos duos martires in ipsa arca reposuit. Faustinum videlicet a septentrione. et Jovittam a meridie. et in ipsa arca casiam unam in qua duo corpora sanctorum erant recondidit. que quidem quattuor sanctorum corpora una cum tabula supradicta in jam dicta arca sunt clausa. Tunc vero idem episcopus etsi hec cum ingenti devocione et constancia perfecisset. tamen dixit quia nolebat scandalum provocare. et ideo neque dicebat illos esse martires Faustinum et Jovitam vel quod non essent. Divinum quoque miraculum tunc accidisse dignoscitur. Nam ossa sanctorum quasi ignis. duo pallia firmissima lini in quibus erant ab episcopo reposita prout pro magna parte tangebant combuxisse apparent. et alia multa miracula meritis eorum eo tempore sunt facta.

Il Doneda v'aggiunge la Bolla di Urbano III (*XII Kal. octob.*) disapprovante la condotta del vescovo, coll'ingiunzione di riporre i cadaveri nel luogo antico: e perchè abbiate il più antico documento, a me noto del titolo *ad sanguinem* dato nel secolo XII a quella basilica, lo vi aggiungo senza più.

CLXXIV.

(An. 1169 — 5 aprile)

La chiesa — scita ad sanguinem.

Inedito 1.

Infeudazione di Teudaldo prevosto ecc.

In Christi nomine die dominico quinte de mense aprilis. Infra claustrum ecclesiæ Sancti Faustini et Iovite *scita ad sanguinem*. Presentia bonorum hominum quorum nomina subtus leguntur. Per lignum quem in suis tenebat manus dominus

1. Autogr. perg. presso l'archivio preposit. di s. Afra. È il documento più antico a me noto da cui risulti l'intitolazione di *scita ad sanguinem*, dato a quella basilica, ora s. Afra. — Si veggano le Storie Bresciane, t. V, pagina 143.

Teudaldus presbiter et propositus ejusdem ecclesie fratribus suis ibi presentibus et consentientibus, investivit Ottonem de Menasio et Brixianum ejus nepotem filium quondam Albergarj nominative de pecia una de terra cum casa super habente jacente prope *Pontem Curze* ibi prope cui coheret a mane Bucius a meridie Guisca a sero via a monte filius . . . q. Prandi. Eo vero modo fecit hanc investituram etc.

Actum est hoc anno Domini MCLXIX. Ind. II. etc.

CLXXV.

(Anno 1189 — 19 novembre)

Domofollo Cazzago.

Inedito 1.

In Christi nomine Ego Domofollus de Cazago *Consul maior Brixie* Consilio sapientium per sacramentum precipio d. Lafranco de Manerbio ut de cetero in perpetuum attendat sententias latas a dno Ioanne Episcopo Brixie, et a dno Iacopo de Villa, et Petro de Pontecarali inter predictum Lafrancum ex una parte et dnam Zachariam Abbatissam Monasterii de Manervio nomine ipsius monasterii ex altera, et ut destruat totam clusam quam fecit fieri in vaso Moloncelli ad X dies, et ne deinceps aliquit faciat. E converso per sacramentum precipio predicte Abbatisse ut ipsa in perpetuum Sententiam dni Mallicj (?) et meam latam inter predictas personas attendat scilicet de tribus petiis de terra, quas Otto de Mella solitus erat tenere pro medietate pro indiviso. Una quarum jacet in Braida Monasterii etc. (*omiss.*) . . .

Actum est hoc in *Ecclesia sancte Marie de Dom* civitatis Brixiæ. Die lune undecimo exeunte mense Novembris anno domini Millesimo centesimo octuagesimo nono. Indictione septima. Ibi fuere Maifredus Clericus de Azano, Calapinus de Carza, *Oprandus de Aimonibus,* Florius de Lavellolongo et plures alii testes etc. (*omiss.*) . . .

1. Lucchi, *Cod. Dipl. Brix.* f. 16 originale Labusiano. — Storie Bresciane, tomo IV, pagina 190.

CLXXVI.

(Anno 1189 — 24 agosto)

Le gelosie feudali.

Kink 1.

Il vescovo di Trento infeuda Lodrone ai Setauri, col patto che nessuna vendita o cessione se ne facesse a' limitrofi Bresciani.

CLXXVII.

(Anno 1190 — 13 giugno)

Il bando imperiale.

Muratori 2.

Brescia, Milano e Crema sono messe al bando dell'impero. Noi toccammo dell'ambigua data del documento (Stor. Bresc. t. V, pag. 234), e come lo ponesse il Ronchetti al 1195. Noi propendiamo pel 1190, e qui lo collochiamo col Muratori (*Ant. Ital.* diss. XV, col. 482), che avverte le viziate indizioni, e tenta di accomodare la data.

Anno ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi. Millesimo centesimo nonagesimo. Indictione tercia decima. Die Mercurii tercio decimo intrante Iunio. in Cremona. in publica concione maxima. Dominus Iohannes Lilo de Asia missus et camararius domini Enrichi imperatoris excellentissimi atque invictissimi posuit et misit in bannum domini Enrichi imperatoris Cremenses et Mediolanenses et *Brixienses* et omnes alios homines qui consilium et adiutorium Cremensibus dederint. Et ideo misit eos Cremenses in bannum domni imperatoris, quia proibuerunt et vetaverunt predictum Iohannem missum domni imperatoris ire ad dandam tenutam Cremonensibus de castro Creme guarnito et disguarnito et virtute et locis et pertinenciis. et quia nolluerunt obedire preceptis predicti missi domni Enrichi imperatoris.

Ibique fuere rogati testes. Comes Lantelmus. Comes Albericus. Comes Girardus de Camixiano etc.... Guiscardus de Conciolo de Bergamo. Comes Albertus de Martinengo.

1. Codice Diplomatico della Chiesa di Trento, pubblicato a Vienna dall'Accad. delle Scienze, dietro il Codice Wanghiano. — Il Gar (Episodio del M. Evo Trentino, pag. 29), nel suo bel Patto di Pergine, ricorda quell'opera del Kink. — Il documento è ancora nel mio Codice n. 103.
2. Murat. *Ant. It.* t. IV, col. 481. Nota il Sicardo che del 1191 Crema era già dei Cremonesi.

CLXXVIII.

(Anno 1191 — 8 dicembre)

I primordj della pace.

Odorici 1.

Procura e decreto di Arrigo per la transazione delle differenze insorte a causa di confini territoriali fra Bergamo, Brescia e Cremona.

CLXXIX.

. . . .

Il Carroccio Bresciano.

Rossi e Zamboni 2.

De apparecchiamento et regimine Carrocii.

Item ordinatum et statutum fuit, quod carrocium, occasione guerre, apparechietur expensis Comunis Brixie et jussu Antianorum dicti Comunis et secundum eorum ordinationem, et quod dicti Antiani debeant providere de quibuscunque...et de tubetis et de pifferis quomodo illis placebit facere pro maiori honore civitatis ac populi Brixie...et quod Clerici...sint tantum tres ex illis de ecclesia s. Petri de Dom et non de alia Ecclesia, et quod equi . . . qui eum habent ducere, duo dentur ab hominibus Porte Matulfe, duo ab hominibus . . . cum famulis, sive staleris, qui debent eos equitare indutis guarnaciis et coracinis et celatinis sine barbuta cum . . . . .

CLXXX.

(Anno 1191)

Il cantico della vittoria.

Odorici 3.

Ripubblichiamo il documento per la sua importanza.

1. O Rex Regum Iesu Christe — per quem patent omnia,
Celum Terram fabricavit —, ipsa quoque maria,

1. Nella citt. battaglia di Rudiano.
2. Rossi, Vita dei ss. mm. Faustino e Giovita. — Storie Bresciane. Ms. presso la Quirin. pag. 106. — Zamboni, Fabbriche di Brescia, pag. 6. — Storie Bresciane, t. V, pag. 198.
3. Odorici, La Battaglia di Rudiano. — Archivio Storico del Vieusseux, nuova serie, t. III, p. 11.

Quem secretum nullum latet —, vides et præcordia;
Tibi hónor sit et virtus — per æterna sæcula.

2. Cui bona cuncta placent —, displicet superbia,
Qua inflati Cremonenses — omni ac malicia
Defendebant Bergamenses — sua in perfidia;
Sed ubique sunt confusi — tua nam potentia.

3. Quidquid enim tibi placet — potens es et facere,
Voluntati atque tue — potest nil resistere:
Tu superbos, summe Deus —, semper vis deprimere,
Sublimare mansuetos —, ad superna ducere.

4. O Celorum imperator —, et Sanctorum gaudia,
Vita, salus, lux eterna — nobis et victoria,
Tuos servos Brixienses — sublimasti gloria,
Inimicos superando — tua sancta gratia.

5. Preces meas audi Deus — tuo sancto munere,
Et quod volo nunc ordiri — facias perficere,
In quo facto nihil possim — nisi vere dicere,
Proximeque res quas vidi — atque cuncta scribere.

6. Ergo vera nunc depromam —, nec morabor nimium.
Prima die sabbatorum — transierunt Ollium
Inimici Bergamenses —, turbe Cremonensium,
Papienses ac Parmenses —, acies Laudensium,

7. Qui tunc omnes minabantur — mortem et excidium;
Diras voces emittentes — ventum est ad prelium.

8. Pars adversa nimis magna — quosdam rupit equites,
Hos per campos insequendo — et per duros cespites;
Sed plebs nostra firma stetit —, ceterique milites:
Sic per Deum et per illos — facti sumus alacres.

9. Nam Crux Christi tunc fulgebat — sicut solis radius,
Que terrebat inimicos — ut acutus gladius;
Super illam volitabat — avis et pulcherrima;
Nam hæc fuit, sicut credo —, Iesu Christi nuntia.

10. Tunc hinc inde decertabant — milites fortissimi,
Cum vigore feriebant — sicut robustissimi;
Sed pre cunctis se habebant — Brixienses incliti,
Qui natura sunt potentes — atque nobilissimi.

11. Ingens clamor atque timor — miscebatur pariter:

Quidam autem et de nostris — fugierunt turpiter,
Suos cives relinquentes —, qui pugnabant fortiter;
Sed reversi cum rubore — sunt recepti dulciter.

12. Qui redire timuerunt — semper debent despici,
Et sint viles et abiecti — sicut tabernarii;
Non honore sublimentur — sed sint semper infimi,
Verecundi atque tristes — homines vilissimi.

13. O qua fronte te videre — possunt, bona Brixia,
Qui pugnare noluerunt — pro tam dulci patria,
Et se ipsos reliquerunt — suaque omnia;
Illos enim manet sola — verecundia.

14. Postquam diu est certatum — ab utrisque populis,
Et cum essent universi — magnis in periculis,
Inimici terga vertunt —, et ceperunt fugere,
Simul omnes concurrendo —, huc illucque cadere.

15. Illos autem tunc cædebant — Brixiani milites,
Una secum decertabant — nostri boni pedites,
Simul omnes, quos vorabant — ut leones pecudes,
Feriendo et prostrando — in aquarum gurgites.

. . . .

CLXXXI.

(An. 1191 — 3 maggio)

Bergamo e Pavia contro di noi.

Inedito 1.

Anno ab incarnatione Domini nostri iehsu Christi millleximo centeximo nonageximo primo. indictione nona, die veneris tertio intrante mense madii. in pallatio Papie in quo fit credentia Papiè. presentia infrascriptorum testium. Talis concordia fuit facta et firmata inter *Papienses et Bergamenses* hoc modo scilicet. — Ego papiensis iuro ad sancta Dei evangelia quod ego bona fide salvabo et guardabo omnes Bergamenses et homines sue virtutis vel districti et eorum res per totam meam virtutem nec in sua terra vel districtu studiose offendam pro communi. Et ego faciam omnibus Pergamensibus et hominibus sui districtus rationem secundum quod inter

1. Archiv. Secr. di Cremona I, 40. — Stor. Bresc. t. V, p. 196 e seg.

nos et ipsos statutum et ordinatum fuerit. Et si Commune de *Mediolano* inceperit guerram supra Bergamenses et fecerit. Ego bona fide adiuvabo Pergamenses. et faciam vivam guerram mediolanensibus nec pacem nec recredutam nec treguam faciam de ipsa guerra sine parabola maioris partis consulum pergamensium vel potestatis qui pro tempore fuerit vel fuerint data in credentia Pergamensi ad campanam sonatam. Et illud idem faciam si Commune de Bergamo inceperit guerram et fecerit cum Communi Mediolano cum consilio maioris partis consulum Papiensium vel potestatis qui pro tempore fuerint vel fuerit habita in credentia Papie convocata ad campanam sonantem. et quoties guerra fuerit inter Bergamenses et Mediolanenses ut supra dictum est illud idem observabo ut supra legitur. Et si commune Mediolani cum communi *Brisciensium* iverit super terra Bergami ad offensionem terre Bergami eo tempore quo Papienses non habuerint guerram cum Mediolanensibus. ego bona fide si michi requisitum fuerit adiuvabo Bergamenses cum militibus meis secundum quod conveniens fuerit sine fraude. Et si Mediolanenses vel *Brisciensès* habuerint guerram cum Bergamensibus ego vetabo mercatum et stratam Mediolanensibus et *Brisciensibus* et prohibebo et vetabo adiutorium et succursum ipsis Mediolanensibus et *Brisciensibus* per totum meum districtum. Item si Mediolanenses vel Brisciences guerram cum Bergamensibus non habuerint et vetaverint mercatum vel stratam Bergamensibus ego mercatum et stratam vetabo Mediolanensibus et Brisciensibus. Et ego tenebo stratas meas apertas mercatoribus et aliis hominibus Bergami. quod dictum est supra de mercato vetando et stratis Mediolanensibus et Brisciensibus et de guerra facienda Mediolanensibus ego adtendam infra unum mensem ex quo michi requisitum fuerit per consules Bergami vel per potestatem q. q. pro tempore fuerit. vel per suum nuntium. *nec fraude evitabo quando michi requiratur.* Et hec omnia suprascripta atendam et observabo bona fide et sine fraude. salva fidelitate domini imperatoris Henrici et salva concordia Cremone et *Cumanorum* et *Terdonensium* et *marchionum Malaspine* et si aliquid additum vel diminutum fuerit in concordia utriusque civitatis

id observabo et predicta omnia adtendam usque ad quinquaginta annos et omni quinquennio renovabo sacramenta si michi requisitum fuerit et faciam iurare potestatem vel consules futuros si potestatem habuero ita atendere. et quod faciet potestatem venturam vel consules futuros etc. . . . et faciam iurare singulos homines papiens. iurare hanc concordiam bona fide et sine fraude eis mantenere a septuaginta annis infra et a quindecim annis supra. Et bona fide dare operam ut firma teneat. hanc *enim* concordiam iuraverunt manu propria ad sancta dei evangelia dominus Albertus de Summo potestas papiensis a parte communis Papie in credentia Papie collecta ad sonum campane pro parabola etc. . . . De Bergamo iuraverunt manibus propriis per sanctam dei evangelia Albertus Albertonus et Oprandus iudex de sancto Alexandro et Iohannes de Perthengo et eodem modo ad suprascriptam credentiam tenere suprascriptam concordiam firmam et ratam ut superius legitur et ut in brevibus concordie inde factis continetur. De Cremona iuraverunt per sancta dei evangelia manibus propriis Girardus de Summo consul communis Cremone. Guazo Albrigonus. Maltraversius de Madalbertis eodem modo ad suprascriptam credentiam tenere suprascriptam concordiam firmam et ratam etc. . . . Ibique fuerunt testes rogati domini Girardus Faber et Gaidoldus Tabixius iudices suprascripte potestatis papie. et Iacobus *Cantor* et Johannes Carianus et Artonus notarius papiensis. et Gubertus de Multis-denariis de Cremona. et suprascripti omnes qui supra leguntur. et multi alii.

Ego Avantius sacri pallatii notarius interfui etc. . . .

CLXXXII.

(Anno 1165—1192)

Il vaso Mulone.

Inedito 1.

Alcuni *de loco Purziano* (1165) concedono a Caracosa badessa del monastero di Manerbio, di condurre un canale a *Mulone versus Monasterium*. Ivi presso, altro atto del 1192 relativo a quel canale.

1. Lucchi, *Cod. Dipl. Brix.* carte 15 dell'originale Labusiano.

CLXXXIII.

(Anno 1192?)

Il castello di Rudiano.

Frammento

Inedito 1.

Ad repellendum autem damna et incendia et rubarias valde maximas Bergomentium et Cremonentium, per parabolam factam a Dno *Biatta de Pallatio*, amplificandum est Castrum de Rudiano, ita quod due turres sint in ampliatione ipsius castri et due ad pontem novum super Olleum, cum sufficienti militia ad electionem communis et populi Brixie.

CLXXXIV.

(Anno 1192 — 14 gennaio)

La ricognizione della Lega.

Inedito 2.

Il comune di Brescia assente ai patti convenuti fra esso ed Arrigo VI.

In xpi nomine anno Dom. incarn. mill. cent. nonag. secundo die martis quarto decimo die januarj ind. X. Cum Dnus Imperator. romanor. Henricus nos Syrum Salimbene judicem de Papia Passaveram judicem civ. Mediol. sue curie judices super discordiis et guerris et maleficiis que inter *Brixienses* et sua parte et Pergamenses et Cremonenses et eorum partem vertebantur ut sacramenta pacis et concordie ab omnibus hominib. illarum civitatum et possessionem castrorum de quibus controversia vertebatur vice sua reciperemus, et ut finem et pacem de prefatis discordiis et guerris et maleficiis vicissim fieri faceremus suos nunciòs constituissent et factis utriusque juramentis et possessionem castrorum habita captivos utriusque partis faceremus absolvi et ea que ad pacem et concordiam illarum civitatum spectarent vice sua tracteremus ab Uguiciono de Buso potestate Cremone et Ato Consilio ejusdem civitatis, presentib. Boccassio de Manervio et Desiderio Judice Joanne Faba omnes de Brixia et *Alordane de Vivario* brixiensis potestas et

1. Cod. Quirin. Pompe Eroiche di Bresc. del Rossi e del Luzzago, C, I, 18, pag. 50. — Storie Bresciane, t. V, pag. 226.

2. *Liber Poteris Brix.* Codice citato, carte 28, 29, e 30. — Storie Bresciane, tomo V, pagina 209.

ab omnibus de consilio Brixiæ presentibus Bono de Riboldis et Lafranco Stradeverto de Cremona et a consulibus Pergami et a tóto consilio prefate civitatis assistentibus, ibi Stephano Boccardo et Ugone Busonis de Brixia sacramenta pacis et concordie secundum formam a jamdicto dno imperatore nostro nobis prefixa sicut in publico instrum. a Martino Philippi dni Imperat. not. facte continetur, concorditer receptum etc. . . . .

Deinde secundum ejusdem dni imperatoris mandatum de Novaria in castro Calepii presentib. Milone de Griffo consule Brixie et comite Guifredo de Martinengo et Martino Petenalupi ejusdem civit. clavibus jam dicti castri a jam dicto consule Brixie nobis ex parte imperatoris traditis existentibus ibi Ottebono de Amberzago consule Pergami et Alberto de Rivola ejusdem civitatis custodes posuimus. In castro vero Sarnego [1] de Vercell. *(sic)* possessione ab jam dicto consule nobis assignata in presentia suprascript. Pergami, similiter custodes misimus, exinde in castro Vulpini presentib. suprascripto Io. Faba et Ugone de Taxone etc.... et pro Cerethello et Cohalino Arogerio de Mosio et Beltramo de Rivola et Ottebono de Amberzago consulib. Pergami. et Alexandro de Alio, et Iohan. de Pedrego ejusdem civitatis nobis vice dni imp. assignata clavibus ejusdem loci et traditis viginti pedites de Vercell. ex parte dni imperatoris constituimus. Quibus omnibus ita pactis prefatum Ugotionem de Boso potestatem Cremone, et Pisoniam etc. . . . omnes de Cremona et Beltramus de Rivola et Ottebonus etc. . . . omnes prefate civitatis Pergami etc. . . . et comit. Azonem et Azonem Confanonerium et Joan. Fabam et Gulielmum de Oriana, et Albertum de Concesio et Petrum Petenalupum et Ioan. de Pontecarali et Milonem de Griffo *consules Brixie.* Ardricum de Sala et Io. de Guziacho, Boccacium de Minervio, et Ardizonem Confanonerium, et Oprandum de Martinengo, et Ugonem de Taxone, et Manuelem de Concesio et Albertum de Rodingo et Lafrancum de Lavellolongo omnes de Brixia et comites Lafrancum et Paganum et Guifredum de Martinengo in unum juxta *Rudilianum supra ripam fluminis Ollii* fecimus convenire, ibique in presentia infrascriptor. testium jam dictis omnibus consulibus Brixie et

1. Qui manca probabilmente la parola *Pedites Num* . . . .

Pergami et jam dicto Ugocioni potestati Cremone et ipsis Pisonio et Lafranco judicibus eis per sacramentum precepimus ut vicissim finem et pacem de omnibus discordiis et guerris et maleficiis et damnis occasione predicte guerre etc.... et sic prefatam finem et pacem inter se fecerunt et sic vicissim osculati sunt, ad quam pacem perpetuo tenendam et confirmandam penam mille marcarum argenti ex parte jam dicti dni imperatoris nostri imposuimus ut queeumque civitatum predictarum contra alteram partem prenominatam pacem rumpet quingentas marcas illi parti cui pax rupta fuerit, quingentas Camere dni imperatoris persolvat.

Subsequenter precepimus ut captivi omnes hinc inde absolverentur etc. (*omiss.*) . . . *(Siegue il patto della restituzione delle cose rapite e del rifacimento dei reciproci danni per quella guerra derivati).*

Interfuere dnus Gulelmus Ravenn. archiepiscopus et dnus eps Iohes Brixien. et Ioannes de Pallatio archidiacono Brixien. et magister Guallarius et Martinus clericus etc. . . .

Ego Passaverram imper. aule iudex cum jam dicto socio etc.

CLXXXV.

(Anno 1192 — 2 ottobre)

Il processo e la consegna di Volpino.

Inedito 1.

In nom. dni anno dom. incarn. milles. cent. nonag. secundo die veneris secundo die octubris in castro Vulpini in presentia infrascript. hominum parabolam ac licentiam dederunt dni Alberti Adhegerii civis Ferrarie et Syrus Salimbene de Papia Passaverra de Mediolano imperial. aule judices Mayfredo not. civis Papie ad suam partem et ad partem Jacobi Centum filii not. civitatis Mediolani in ipsa causa socii ejus qui supra Vulpini turrem tunc erat de circa seu de portiones testium circa possessiones Vulpini et ejus pertinentiis que vertebatur inter com. Brixie ex una parte, et ex altera parte com. Pergam. dictandi in actis publicis redigendi ita ut perpetuam finem etc. . . . .

Iacobus de Iseo iurat. dixit quod propter discordiam et guerram quam habuerunt Brixienses cum Pergamensibus venerunt

1. *Lib. Pot. Brix.* Cod. cit. carte 27, 28. — Storie Bresc. t. V, p. 213.

ad pacem et illam fecerunt ultra Muram inter *Telgatum* et *Palazolum* et ego illius paci interfui et ... Pergami finem de castro Vulpini et pertinentiis et dixit quod hoc fuit a XL an. inf. sicut firmiter credit et ab illo tempore infra tenuit comune Brixie et possedit ipsum castrum Vulpini quiete usque ad illud tempus quod Yseum fuit destructum per dnum Fridericnm imp. et vidit per tres annos et plus. - Inter. q. scis hoc, R. Ego tenui ipsum castrum per com. Brixie per annum secundum meam partem et illi de Lacu similiter tenuerunt pro com. Brixie et Magizianus de sco Gervasio tenuit cum suis parentibus pro com. Brixie per q. Oldeprandum Bruxiatum similiter tenuit pro com. Brix. et multos alios vidi euntes et redeuntes qui tenebant ipsum castrum Vulpini pro com. Brix. per ipsos tres annos et plus etc. . . . . et postea com. Pergamus occupavit Vulpinum cum pertinentiis sic firmiter credit et fama comunis e t totius terre quod tempore illo quo Yseum fuit destructum Pergamenses ceperunt Vulpinum, et dixit quod ab eo, tempore infra Pergamenses tenuerunt eum donec custodia per dnum Imperat. Henricum fuit in ipso castro posita, et dixit quod similiter scit quod a XL annis infra Brixienses habuerunt possessionem Vulpini per annos III et plus.

Albertus de lacu etc. dixit quod XXXI annos sunt ad ipse locus Yse fuit destructus per ipsum dnum imp. et tunc Pergamenses ceperunt castrum Vulpini et tenuerunt ipsum donec custodes per dnum Henricum imperat. in castro ipso Vulpini fuerunt posit.

Magnianus de s. Gervasio ... iur. dixit... et XXX ann. fuerunt in sco Nazario proximo preterito quod ipsum castrum Pergamenses occupaverunt et quod Yseum fuit destructum et combustum per dnum imperatorem *(si omette il resto del lungo processo).*

(1192, 2 *ott. carte* 34) ... in castro Volpini etc.... D. Albertus Adegerii consilio et parabola *del Salimbeni e del Passaguerra suoi compagni dichiara che dal processo risulta che il vescovo ed il comune di Brescia* (episcopum Brixie vel comune) a quadraginta annos infra per plures annos habuisse possessionem Vulpini: *e veduto l'istrum. di cessione fatta da* 40 *anni*

in su di quel castello ai Bresciani, aggiudica ad essi la terra, **et claves tam turris quam dugnionis et castri ejusdem loci comiti Azoni et Guglielmo dno Oriane et Miloni de Griffo et Petri Petenalupo consulibus Brixie in concordia jam dictorum sociorum suorum tradidit.** ***Sieguono le lettere imperiali di Enrico a' suoi messi pel processo di Volpino.***

CLXXXVI.

(An. 1192 — 26 luglio)

L'accordo fra il Comune ed Arrigo VI.

Astezati 1.

Di questo accordo fra l'impero e la nostra città (oltre all'essere da parecchi recato) demmo assai larghi brani nelle Storie Bresciane, t. V, pag. 115 e seg.

CLXXXVII.

(An. 1192 — 23 giugno)

La ricognizione dell'accordo.

Inedito 2.

Previlegium concessionis facte com. Brix. per dnum Imp. Henricum.

In Xpi Dom. die martis VIII exeunte mense Iunii In pallatio cois Brix. in presentia horum hominum quorum nomina inferius scripta sunt. Lecta est cartula, hoc est cartula pacti et concordie dni Henrici Romanorum Imp. Brixien. que sic incipit.

In nom. dni etc. Nos . . . *Come dall' Astezati e nel* Liber Poteris *a carte 11 e 12, dove leggonsi le firme imperiali aggiunte in nota nella edizione dell' Astezati medesimo. Indi continua il* Liber Poteris *a pag. 36, ove riletto quell' atto di concordia prosegue:*

Autem predicta carta lecta et cum suis capitulis diligenter audita dominis infrascripti a duo Wuielmo de dua Oriana vice et nomine *Dni Azonis* comitis de Moso, et dni Milonis Griffonis seu aliorum suorum sociorum consulum cois Brix. qui ituri essent ad dnum imperatorem ad supra scripta perficienda... in-

1. Astezati, *Com. Manelmi de Obsid. Brix.* in principio, con ampie note. — Fu replicato dal Muratori in due luoghi. *Rer. I. S.* t. XIV, ed *Ant. Ital. M. Ævi*, t. IV, col. 465. — Mazzuchelli, Raccolta di Privilegi ecc. — *Liber Pot. Brix.* carte 11, tergo.
2. *Liber Poteris Brix.* carte 35 e 36. — Storie Bresc. t. V, p. 215.

terrogati respondere et dedere dno Wielmo consuli comunis et dictis aliis eius sociis qui ad dnm nostrum imperatorem ire debent p· ipsa concordia facienda parabolam ut eam faciant etc. . . . et si predicta sine alia adiuncta q. infrascripta invenientur perficisci non possent, illam adjunctam cum suprascriptis perficiant, nec propter adjunctam dimittant quia illud faciant. Que adjuncta talis est — Eas autem concessiones quas in tenore pacis fecimus, et non facimus *(sic)*, cum iustitia et ratione adjuvabimus eos manu tenens. — Nomina autem illorum etc.... *(come nelle Storie Bresciane, ove demmo l'intero elenco a pag.* 218, 219, 220).

Actum est hoc Anno dni MCXCII Ind. X.

CLXXXVIII.

(Anno 1193 — 11 luglio)

Il castello degli Orzi rifabbricato.

Codagli 1.

Il Consiglio di Brescia decreta la ricostruzione del castello appo s. Giorgio. — Noi vi daremo la chiusa dell'atto, che manca nel Codagli.

